MEDICAL SOCIETY
OF LONDON

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

ACCESSION NUMBER

PRESS MARK

GAUTIER, J.

XXI k1

TYROLENSIUM, CARYNTHIORUM,

STYRIORUMQUE

STRUMA

A

JOSEPHO GAUTIERI

M. D.

OBSERVATA, DESCRIPTA.

VINDOBONÆ,

EX TYPOGRAPHIA NOBILIS DE KURTZBEK.

1794.

. . . . . Si quid noviſti rectius iſtis,
Candidus imperti; ſi non, his utere mecum.

EXIMIO AC EXPERTISSIMO VIRO

JOANNI GEORGIO

DE LAGUSI

S. C. M.

A CONSILIIS,

E T

ARCHIATRO PRIMARIO.

I N

PISANA UNIVERSITATE

MEDICINÆ PROFESSORI.

INSTITUTI SCIENTIARUM BONONIENSIS,

PHYSICO - CRITICÆ

SOCIETATIS SENENSIS,

REG. IMP.

ACADEMIÆ NATURÆ CURIOSORUM,

ALIARUMQUE

ACADEMIARUM SOCIO;

&c. &c.

Illuſtriſsime!

P*arva munuſcula* Magno Viro: *nulli vero aptius, quam* Tibi, *dicanda; proin ea recipias: utinam digniora! Dum dies CÆSARIS tutiores perficis, ego ſubditorum mitiores conficere tento; magnum utrumque officium! Felix! ſi modo unum ab orci faucibus eripiam.*

Te *mihi, qualis es, ſerves; me* Tibi, *qualis ſum, credas,*

æternum

Addictiſsimus Servus
Joſeph Gautieri.

Digitized by the Internet Archive
in 2017 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b28778005

Malacarnii, Sauſſurii, Morgagnii, Bertrandii, Ackermanni, Fodéré, Calliſenii, aliorumque Celeberrimorum virorum de ſtruma, & cretinismo ſcriptis plura nova ſuperaddere impoſsibile, nonnulla arduum fore puto; ea namque extenſam adeo amplectuntur de hoc morbo doctrinam, ut exiguus tantum donetur augmento locus. Plura quidem ab aliis recocta, & inſigniter exornata prodiere; ſed vel omnimode futilia, vel ab illorum penu ſubrepta, proin parvi, vel nihili facienda: Neque enim ego is ſum, qui novitatis, & virtutis gloriam tam cito tribuam iis, quibus inanis verboſior elocutio volumen potius, quam maſſam pollicetur; iis, inquam, perfrictae frontis fata etiam Phædrianæ volucris ſubituris, quam detracta aliena ornamenta implumem reddidere. Longe idcirco ab iſtorum temeritate me hoc libello generalem de morbo hoc hiſtoriam aucturum numquam aſſerere audebo, cum hæc firmiſsimis jampridem conſtiterit fundamentis. Quæ igitur huc proferam, ea tantum obſervationes audiunt, quas circa Tyrolis, Styriæ, & Caryntiæ endemicam ſtrumam inſtitui eatenus

quidem in lucem prodeuntes, quatenus morbi hujus æthiologiam illuſtrantes. Huic revera penitus animum adpoſui, quia in hac ægritudine tum quoad diagnoſim, cum quoad curam vix quidquam manet exagitandum; prior enim cuivis bene nota, poſterior accuratas Medicorum mentes non aufugit. Ne propterea extra cauſſas quis notatu digna ſit expectaturus; vix namque alia delibavi æthiologiæ tantum ſuperinſidens prout illi, quæ adhucdum non ſatis eſt clara, illi, quæ curam ſæpe decernit, illi demum, quæ recta perpenſa modum avertendi morbum indigitare poſſet.

Strumoſi, ut inutilia quæque reſcindam, quos hiſce in Provinciis obſervavi non ſemper mentis obæſitate, capite grandiore, immutatove cranio pollent; hinc non ſemper ſtruma, etſi endemica, cretinismo jungitur. Neque contra mente obæſos, & capite grandiore donatos, cretinos videlicet, ſtruma ſemper defædatos, licet rarius, vidi. Hoc igitur rite animadvertendum, ne confuſio in diagnoſi enaſcatur. Hanc, quam actutum præſtabo, non eandem in omnibus eſſe ſcire juvat; cum ex diverſitate ſubjectorum, loci, diuturnitatis, cauſſæ, aliorumque variare queat. Interim quælibet a me viſa proferam, ne ſigna utriusque morbi deficiant,

quæ,

quæ, licet in variis modo ſubjectis, ſunt tamen omnino conſpicienda. Ea etiam ſimul adduxi ob ſummam inter ſtrumam, & cretinismum (de ſecundario loquor) adfinitatem, etiam a cauſſæ proximæ cognitione eruendam.

Adſtet quocirca ſtrumoſus ſimul & cretinus deſignamenta qnæcumque referens; hunc deſcribere noſtri operis eſt veritate cominus inſpecta. Tyrolenſis ſit prout is, quem intenſius vis morbi coercet, & commiſerabilius defædat.

Monſtrum horrendum ingens! .... Sustine viſum apatha interdum Sophia, et incongruam reprime commiſerationem! .... Brutus, blæſus, amens, vel fluxiſsimæ ſaltem memoriæ; parum idcirco vel nil abſimilis a cretino, quem Ill. Sauſſure in Valleſia deſcripſit, qualemve Doctiſsimus Malacarne ſecuit in Auguſtæ Prætoriæ Ducatu: ſtatura huic humilior, et truncus non raro largior, quam longior: male caeterum conformatus, ut valgus nonnunquam aut varus ſit: capite anteriora verſus propendente, aliquando grandiore donatur, et veternoſus eſt (*): orbitis nonnum-

(*) Hoc quidem ſimptoma ſæpius eſt effectus ſtrumæ. Quoad caput grandius hoc non a ſtruma dependet, ſed a cretinismo idiopatico; de hoc, (qui juxta

quam compreſsis: oculis luridis, turgidis, moeſtis, lippis, inflammatis: iride ſaepiſsime caerulescente, nonnumquam ad cinereum tendente, vel ad rubellum, non admodum tamen rubro, ac Sauſſurius viderat, deſcripſeratque perpulchris Egregii Chirurgi Mediolanenſis Buzzi obſervationibus ſuffultus; hic enim potius venulae dilatatae apparent, cum et arteriae eodem modo, quo eorum albuginea iisdem ſæpe ſuperſeminatur: palpebris conniventibus, delapſis, tarſo tumentibus, pſorophthalmicis; inferiore, ac ſi ectropio laboraret, extus obverſa: nonnumquam apparenter ſtrabo, vel ſaltem oculo, ac ſi ſtrabismo occuparetur, irregulariter obverſo, irretorto: ſuperciliis ſaepe nemoroſis, prolixis, decidentibus, palpebrae ſuperſtratis, raro nigris: fronte depreſſa, rugoſa: naſo adunco, vel nonnunquam ſimulo: compreſſæ huic narium pinnæ, & pendentes vibriſſæ, e quibus mu-

Ackermannii opinionem, quod ipſe reor,) alius videtur, ac ſtruma, eſſe morbus, nulla facio verba, cum optime idem Clarmus vir eum dilucidaverit, quamquam ſuperſint adhuc fortiſsima circa cauſſam ab humiditate deſumptam dubia, cum etiam circa admiſſam rachytidi, & cretinismo eandem cauſſam. Cæterum præter deſcriptionem fere ſemper de ſtrumoſis tantum ſermonem ſumo, vel de deuteropatico tantum cretinismo.

mucus, vel gutta a tabaco de more ſumpto excita ſuper os, & veſtimenta cadens ea defædat: olentia quælibet naſo petit, conſpurcatque hyantibus naribus: capillis hinc illinc pendentibus, ſuper armos fluentibus, flavis, lucidis: genæ huic proſtant rubellæ, roſeæ, quin etiam venularum ramuſculos dilatatos ſuperficiales, velut injectos præ ſe gerentes; flaccidæ, defluentes: cuti univerſim ſubtiliſsima, vix tacta vibices referente, flacceſcente; hanc ſi intuearis prima fronte tibi furva videbitur, ſed quamprimum fuerit fortiter, ruditer confricata, & ab æterna immunditie lota, albedinem præbet ſatis ſpectabilem quamquam ad flavedinem nonnihil tendentem, iis tamen exceptis partibus, quæ ſolis, & aeris intemperiei ſubjiciuntur; hinc differt a cretino Villanovæ, qui admodum furva tegitur cute; ea eſt ubicumque fere corporis rugoſa, ſi eam demas, quæ ſtrumæ ſuperimponitur, quam lucentem, lævem, diſtractam efficit ſtrumæ moles: labra huic adſunt tumida, craſſa, præſertim ſuperius, ſæpe hinc illinc ſciſſa, cinnabarina: ore, rictu hyante, lato, inferius protendente: dentibus ornatur ſæpe albidiſſimis, pulchris, rite ordinatis: facie in genere lineis conſpicuis notata, puſtulis hinc illinc erumpentibus conſperſa: mento lateraliter, quo deſinunt labra a continuo ſalivæ fluxu ſtriato, immundo: nigro ſæpe

ocu-

oculis ſubpoſito circello: voce rauca, ſtrepente, garrula, nonnumquam tenui; ſtentoream audivi (*): brachiis demiſsis: artubus ſæpe ſtrigoſis: manibus, pedibus calloſis, limoſis, varicoſis, pelagriformibus: pediculis ſcatet non modo caput, & obſitæ quælibet piloſæ partes, ſed & rude ejusdem epitogium: lingua craſsior animadverti ſimul debet, quam ab ore propendiſſe audivi absque inflammatione ſaltem magna: flacceſcentes undique carnes: a luce, & ſocietate avertit tenebris, & ſolitudini ſeſe committens: barba inculta jacet, & ipſa horroris augmento inſervit: auribus exornatur grandioribus, lobulo perſæpe ruberrimo: gibboſus incedit grave annorum pondus præ morbo citius deportans: venis ſuperficialibus, varicoſis corpus totum, ſed præſertim crura, & caput ſeminantur: timidus, automaticus, & ſuperſtitioſus: ſurditate aliquando laborat, vel laborare videtur: eſculentis non raro averſatur infima exardens, vel etiam pica detorquetur (**): mandibula inferiore demiſſa ſtrumam ſuperſcandente: cute,

(*) Stentor quinquaginta hominum clamorem ſuperabat magnitudine vocis; ab Homero dicitur *vocem æream* habens. Aſpera inſimul erat.

(**) Calcem, carbones ingeſsiſſe audivi. Hoc verum præter alia ſimptomata tantum adfero, ut omnia mala, quibus ſubjiciuntur in conſpectum prodeant.

te, & celluloſa ſuper hanc replicata, ſudariolum non raro imitante: interrogantem obſtupefactus intuetur, eique difficulter reſpondet, vel muſsitat nonnulla verba, & dein caput deponit, ac ſi ſomno corriperetur: ſtertit continuo, vel capite, & ſcapulis tantum elevatis inſpirat, ſtatim vero depreſsis exſpirat fragoroſo comitante catarrho: vertiginoſus eſt: ſæpius intercute aqua: obſtructis aliquando glandulis ſublingualibus, ſubmaxillaribus, & nonnumquam parotidibus (*): actutum cachinnoſus, momento poſt in mærorem lapſurus: alciformibus unguibus quæ ſibi adpoſita cernit, arreptat, & devorat: vix jentaverit helluari avet prandium depeperiens, quo confecto cænaturit; continuo idcirco eſitat, eaque de cauſſa obſonia, fruſtula ſecum deportat: tardus, meditabundus, ſordidiſsimus: rudi cannabina, vel ſtupea tela conficitur ſubucula, qua non modo cooperitur, quin etiam raditur: huic thorax adponitur adacta ſuperius penula, vel bardocucullo perperam conſtructo: fæmoralia nullis præpoſitis ſubligaribus infra os ilei adnectit, eaque loco tenet cingulorum ope, quæ ab armis provenientia anterius, & poſterius hinc inde fæmoralibus conſuuntur: tibialibus raro im-

(*) Obſtructio harum glandularum ſecundaria fere ſemper eſt, cæterum rara.

immundiſsimum crus cooperit, &, ſi de calceamentis quæſtum facis, ea vel domo relinquit ne rumperentur, vel iis tantum utitur, quæ diſſuta, diuque jam fatiſcentia liberum limoſæ undæ ingreſſum, & exitum permittant: incerto progreditur pede, & abdomen infarctum aliquando bajulat. Ultimo verum fætentiſsimus ita, ut eo vicino retrocedendum ſit. Hisce omnibus an bruto, an homini ſimilior ſit reputandus, in ancipiti hæreo.

Vides igitur deuteropatici cretinismi, & ſtrumæ ſimptomata, quæ tamen non ſemper, uti ſupra monuimus, invicem conjunguntur; ita tamen, ut frequentiora valde ſint quæ ſtrumæ, quam quæ cretinismo conveniunt. Obæſitas autem mentis inter ruſticos communis eſt in his Provinciis deficiente inſimul educatione. An vero hæc mentis obæſitas a minori lamellarum cerebelli numero dependet, prout Ingenioſiſsimis viris Malacarnio, & Bonneto placuit? Sectiones a primo inſtitutæ illud ſaltem demonſtrare pergerent, quod niſi cauſſam, circumſtantiam tamen omnino conſiderandam præberet. Plurima vero argumenta videntur hanc opinionem de medio tollere, ſiquidem obæſos fere ſemper capite majore inceſsiſſe vidi, & contra rachitici, vel hydrocephalici parvo cerebro, & cerebello donantur, ut ad folii papyracei ſubtilitatem

fu-

fuerint redacta viſcera hæc, quamquam ii ægri ſumma pollerent acutie. Præterea quomodo facultates animæ a morbo ablatæ, vel creſcentes, vel imminutæ? Hæc præter & alia non minimæ notæ argumenta adduci poſſent; ſed hæc eo usque tantum nonnihili faciemus, quo abundantiſsima obſervationum ſeges a Malacarnio prout Anatomico ſummo expectanda nos in laudatiſsimam opinionem deducat. (*)

Juvit hic addere morbum Tyrolenſi, uti dixi, comitatui, ſed modo ea, qua Sveviam conſpectat, & Caryntiam infenſiſsimum eſſe. Carynthia ipſa plurimum laborat hac ægritudine; Styria vero ad auſtrum paucis coercetur montibus, quin imo fructiferis exornatur collibus, ut inde minores, quod infra videbimus, præſto ſint ad eam progignendam cauſſæ. Præterea adſunt inter ruſticos hosce nonnulli, qui quamquam cauſsis tententur generalibus, morbo tamen iſto non premuntur; ut non modica donentur ingenii acie, & cor-

(*) Hæc lamellarum deficientia, etiamſi vera eſſet, in iis tantum eſſet admittenda, in quibus cum vera, & idiopathica mentis obæſitate incedit cretinismus, non autem in iis mente obæſis, qui tales a ſtruma, uti diximus, vel prava educatione aliisque cauſsis redduntur.

corporis præſtantia. Sermo proin, vel morbi deſcriptio convenit tantum iis, qui longo jam tempore ſtruma, & cretinismo fuerint vitiati, & præcipue illis, qui ſenes fuerint depontani; ſilicernia namque hæc affabre referunt præter malorum catervam iisdem propriam. Quo igitur origini proprior eſt morbus, eo minori defædatur ſimptomatum cataſtrophe, vel miteſcit curationi facilius locum cedens, quamquam ſimptomatibus ſat conſpicuis inſurgat. Animadvertendum etiam ſtrumas, & cretinismum in urbibus raros, & pauperes tantum invadere monticulas, rariſſime divites, vel ſaltem qui uſi non fuerint cibis ipſis &c. Morboſos, quos deſcribimus, indifferentia totalis tenet, ac ſi nulla tenerentur ægritudine. „ *On ſeroit tenté* (ſic Clarmus la Borde de Helvetis habet in T. I. pulcherrimi operis *Tableaux topographiques, pittoresques, phyſiques, hiſtoriques, moraux, politiques, litteraires de la Suiſſe*) *de leur porter des ſecours, ſi on les voyoit capables de ſentir des beſoins. ... Ils ne ſont pas malheureux, puisqu'ils ne le ſentent, parce, qu'ils ſont bien ſoignées, & même reſpectés dans les familles, ou on les regarde comme des prédeſtinés préſervés du péché* „ quod Mittermajerus in Tyrolenſi Comitatu penes Büinsgenſes adnotaverat, quorum ſtrumas allato etiam duplici icone bene deſcripſit.

Hac-

Hactenus ſtrumoſum deſcripſimus absque eo, quod de ſtruma fuerimus allocuti; de hac idcirco nunc ſermo eſt ſuſcipiendus. Struma morbus eſt ubique fere locorum niſi endemice, ſporadice ſaltem animadvertendus; Endemica vero præter Tyrolenſes, Carynthios, & Styrios, eſt ſtruma Batavis, Francis, Helvetis, Hiſpanis, Genevenſibus, Valleſianis, Hercyniis, Cronſtadienſibus in Tranſilvania; etiam in Siberia, in Agro Felici Neapolitani Regni, in Sileſia, in Sabaudia, in Peruviano Regno prope catenas Andium; in Auguſtæ Prætoriæ Ducatu, in Anglia prope montes Derbiſhyre, in Hungaria, in Comitatu Foix Gallorum, in Delphinatu, in Sumatra, in Svevia, aliisque regionibus; præcipue interim, uti ex obſervationibus patet, montuoſis ingruit plagis. Hinc ſat recte Iuvenalis dixit

Quis tumidum guttur miratur in alpibus?

Struma, vel botium eſt glandulæ thyroideæ tumor. Quidquid de tumoris diagnoſi eſſem allaturus inutilitatem fortaſſe redoleret, cum unicuique notum ſit variare ſtrumæ colorem, numerum, duritiem, materiam contentam, magnitudinem, figuram, aliaque tactus vel viſus ope, aut a Medicorum ſcriptis eruenda. De cauſſa idcirco proxima

mihi

mihi ſermo eſt ſuſcipiendus, eam revera toto niſu patefacere ſtudens, prout primum hujus opuſculi ſcopum. Hanc conjecturam non dicam, ſed opinionem a ratione, & obſervationibus deſumptam, & valdopere firmatam; conjecturas profecto projicere meus non eſt mos. Ut autem melius præpoſitæ abſolvam quæſtioni nonnulla proferam, quæ cauſſam deinde ſat, ſuperque enucleabunt.

Strumoſus colli tumor nonniſi partis augmentum offert: coadunationem videlicet præternaturalem, ſive accretionem vaſorum, celluloſæ, & materiei cujuscumque generis; igitur majorem liquidorum ſecretionem, a quibus celluloſam, aliasque concretiones fieri, oriri certum eſt. Tam longe proin abeſſe autumo ab obſtructione ſtrumam, ut contraria prorſus ratione morbum enaſci cenſeam: Poſthabitis qua de re tum veterum, cum neotericorum de ſtruma ſententiis conſiderentur, quæſo, quæ ſum dicturus.

Glandulæ thyroideæ vaſa maxima, ea vero ſumme dilatata, ubi ſtruma enata fuerit. Hanc revera dilatationem memorat Haenius nonnullis procerum jampridem obſervantibus: quodque animadverſionem ſibi vult magnam eſt conſtantiſsima tumorum omnium, ubi adaucta moles, proin ſcirrhorum

etiam,

etiam, venarum varicoſitas ita, ut poſt Haenium hæc validius monentem, pauca ſuperfuerit, vel nulla etiam Chirurgorum pars, quæ generatim ſcirrhos, ſtrumas, aliosque hujus generis tumores ea de cauſſa extirpare auſi fuerint. At non modo venas, quin etiam arterias dilatatas, nonnumquam aneurismaticas obſervare eſt. Hinc invenit Celeberr. Bertrandi in ſtruma pugni vix magnitudine aneurismaticas arterias thyroideas, nodoſas, cum squammis oſſeis inter ſacci ipſius ſtrumoſi tunicas, quod inſignifsimam demonſtrat ſecretionem; ut inde ſanguinem majori quantitate delatum fuiſſe deducere liceat. Ruit igitur illorum ſententia, qui cenſent ex infarctu, & obſtructione cum molis incremento partis ſtructuram penitus deleri (*); nam,

(*) Structura revera in ſcirrho penitus non mutatur niſi, quod partibus ſumme grandeſcentibus nonnullæ comprimantur, aliæ diſtrahantur. Hinc ſuppuratione vel reſolutione proveniente renovatur primævi viſceris fabrica, vel melius remanet. Senſus ipſe ablatus de totali ſtructuræ mutatione non certifacit, nam redit denuo ſenſus ſi ſanata fuerit pars, vel in cancrum abierit; ut inde humorem ſcirrhiticum a Riolano admiſſum, prout nervos indurantem nullimode admittam. Hinc ea modo de cauſſa ſufflaminatur ſenſus, qua comprimitur nervus, aliquando enim eo detruduntur partes, ut

nam, ut infra magis elucubrabitur vaſa usque ad anaſtomoſes ipſas cum venis pervia obſervavimus, quin imo proportione data eo etiam loci majora. His quapropter ſatis evincitur non dilatari arterias a compreſsione earundem, vel obſtaculo, & impedito exin ſanguinis fluxu; quod licet adeſſet impedimentum non grandeſcerent arteriæ etiamſi citra tumorem obſtantem reperirentur. Hoc demonſtrat Celeb. in Anatome & Phyſiologia Jacobus Rezia in diſſertatiuncula de circulatione; reveraque in artuum amputatione ligata arteria, etiamſi maxima fuerit, hæc in ampullam nunquam dilatatur, quin imo magis, magisque conſtringitur, ut per ſinyceſim tandem ejus extremum aboleatur lumen: In diverſis tamen morbi ſtadiis, prout ſimptomata, ſic arteriarum dilatatio diverſimode ſe habet; obſervandum namque eſt dilatari jam venas, & arterias ab initio morbi, & in ejusdem decurſu, minime autem in fine; quin imo in fine hujus morbi, vel melius dicam, in ſtrumæ perfectione ob compreſſionem partium undequaque exercitam, quæ aliquando oſſeſiunt, ob imminutam energiam, nec

minitentur earundem rupturæ; ſed & aliquando ſenſus abit in externis, remanet in internis tumoris partibus, & contra.

nec non ſanguinis efficaciam, & alias cauſſas inferius memorandas imminuitur arteriæ lumen, atque hæc potuit vera extitiſſe cauſſa, cur hallucinarentur nonnulli exiguas hac de re in ſcirrho, & ſtruma arterias reperiri docentes, & præſertim Dioniſius, qui in *Chir.* facilem ob vaſa minima ſtrumæ extirpationem cenſet. Venæ interea, cum ſint ſuperficiales & laxiores, fere ſemper varicosæ, vel ſaltem dilatatæ reperiuntur deficiente in his rigidiori elaſticitatis vi.

Incrementum hoc partis, præſertim, quod cum arteriis grandioribus procedat, ab arteriis proculdubio originem ducit. Quomodo reapſe augmentum partis haberi poſſet, niſi adeſſet ſecretio major? Quomodo ſecretio major, niſi haberetur ſanguinis major copia, aut vis? Neque augmentum partis iſtud ab impedito ſanguinis curſu eſt deducendum, decreſceret enim tunc potius ſecretio, quam augeretur. Neque etiam ab inactione vaſorum lymphaticorum, cum vaſa lymphatica non multa huic parti fuerint tributa, cum licet non impedita eorum actione habeatur morbi hujus explicatio; cumque habeatur materia etherogenea nullimode a lymphaticis habenda: Verum hæc poſtea ſi ſpectes enucleabitur quidquid dubii fuerit remanſurum.

Ha-

Habemus interea a circulante majori vi, & quantitate ſanguine cauſſam ſat evidentem incrementi, & molis adauctæ, quæ aliunde neutiquam foret reperienda. In qualibet quapropter obſtructione cum molis incremento ſanguinis quantitas habetur major, eaque ſic, ut in ſtruma grandiore major ſeſe præbeat vaſorum dilatatio, quam in minima, in qua parum a naturali diſtat eorum lumen. Ad certitudinem usque firmatur ſententia hæc ex obſervationibus, quas in aliis viſceribus inſtituit laudatus Præclariſsimus Rezia (*); invenit namque Exactiſsimus Anatomicus proportionem haberi inter vaſorum diametrum, & molem, aut pondus viſcerum, „*Si nempe jecinoris*, inquit, *ex. gr. pondus quinquaginta uncias non excederet, neque venæ portarum diameter ſeptem lineas Pariſienſes ſuperabat; ſi autem pondus majus evaderet, proportione quadam ſervata & diameter venæ portarum augebatur, ut in jecinore ſeptuaginta unciarum propriæ venae portarum diameter decem lineas æquaret; quam rationem vaſorum non tantum velim eſſe credatis* (affatur ipſe auditoribus ſuis dum laureæ donandorum eſſet promotor) *in vena por-*

(*) *Jacobi Rezia Larienſis ſpecimen Obſerv. Anat. & Patholog. Obſ.* 1. *&* 2; quas non *ut homunculus unus e multis* juxta ipſius verba, ſed ut Eximius plane vir confecit.

portarum, *ſed in arteria ipſa hæpatica*, *ubi de jecinore*, *in ſplenica*, *ubi de liene agitur.* „ Hæc certiſsima obſervatio opinionem, & obſervationes meas confirmat. Altius autem confirmare pergit ſectio tumorum, ſeu obſtructionum cum molis decremento, partium proinde, quæ emaciatum eunt; in hiſce namque Accuratiſsimus ille reperit, & ego etiam vidi, arterias proportione data minores, ſic & venas. Perſtat idcirco nobis fundamentum nulli fortaſsis obici cedens, quo conſtituimus, in tumoribus cum molis augmento ſecretiones fuiſſe auctas; in illis vero, in quibus pars decreſcens a naturali receſsit, imminutas; in primis revera luxurians humorum quantitas continuo coacervatur, interim dum in poſtremis depauperata humoribus pars macileſcit, areſcit.

Omnes igitur tumores cum molis incremento, hoc nonniſi a largiori ſecretione habent; ſic & collectiones humorum omnes; nil enim hæ differunt ab illis, niſi ob locum ſecretionis, & qualitatem materiæ contentæ; ſed cum ob plurimas cauſſas ſolidæ in fluidas partes mutentur, & fluidæ in ſolidas, nil efficit accidens hoc præcipue, quod tum ſolidæ, cum fluidæ ab arteriis omnino oriantur, & ſolideſcentes ipſæ partes in initio molles fuerint; nonnullæ autem ſecretiones non perficiuntur,

ciuntur, quod ſolida admodum ſint reſiſtentia, neque admittant intra ſuas partes ſecretionem præternaturalem: ſic homines robuſtiores iis non laborant: ſic etiam muſculi ægre ferunt etherogeneas particulas, ſiquidem eorumdem motus accretionem vetat; contra vero glandulæ morbis his facilius afficiuntur, prout compage non admodum firma donatæ, nullo gaudentes motu, pauca vitalitate pollentes, & creberrimis humectatæ vaſis. His adpoſitis plurima rectius explicantur. Præter alia profecto, cur in hydrope ovariorum purulento, quem a ſcirrho fere ſemper provenire aſſerit le Dran *Mem. de l'A. R. de Chir. T.* 2. ſæpe redit morbus inſtituta quamvis feliciter paracentheſi? nonniſi a ſecretione majore, & idcirco a vaſis dilatatis: hydroſtatica profecto vis ſanguinis poſt depletionem ad ea loca irruentis ſatis non eſt explicationi hujus phænomeni, cum certo ſciamus nullum, aut fere nullum dari citatiorem ſanguinis motum, niſi arteriarum actio concurrat, quæ revera tunc temporis ablato obſtaculo novam ſecretionem perficiunt. Quamprimum ergo ſcirrhus, vel aquæ collectio ad altiorem gradum pervenerit, tunc non ſecernitur amplius materies, neque grandeſcit ſcirrhus; tunc etenim comprimuntur arteriæ a ſcirrho ipſo, qui quoniam jam in datam molem concreverit, non patitur plura nova. Abacto tamen ſecretionis impe-

pe-

pedimento iterum ſecernitur humor. Hac ratione amputatas redire ſtrumas memorat Favre. Humor in hydrope animadvertendus ſæpe denuo coacervatur, & quidem ea ratione, ut tertia aquæ recollectio citior ſit ſecunda, ſecunda prima; quo enim diuturnior fuerit morboſus ſtatus eo magis oſcula ſecernentia aſſueſcunt ei liquido ſecernendo, quod magna non ſine reluctatione prima vice admittere poterant. Hac admiſſa ſententia noſcimus, cur inutilis ſæpe ultimis in ſtadiis paracentheſis, in provecto nimirum morbo; tunc enim exhalantia, vel ſecernentia oſtiola longo jam tempore grandeſcentia difficulter primam reſumunt elaſticitatem, & contractilitatem : hinc ſaltem in hoc morbo admittenda eſt Michelottii, Pitcarnii, Lanciſii, cum & Aſclepiadis, Eraſiſtrati, Borellii, Guglielminii, Verhejenii, aliorumque opinio, qui cenſent ex minori, vel majori ſecretorii oſtii magnitudine diverſas haberi ſecretiones. Non latuit profecto ſummum Anatomicum Walterum vera hydropis ovariorum cauſſa; hic enim anno 1786. *in Acad. Berol.* dixit ,,*Lorsqu'une cauſe quelconque produit une irritation, qui affecte idiopatiquement l' ovaire, & que par là le ſang eſt attiré avec plus d' abondance vers cet organe, les vaiſſeaux ſe dilatent, & ſecernent une plus grande quantité de fluide, qui en rempliſſant*

l' ovaire, forme l' hydropiſie de cet organe. „

Abſurda eſt quapropter Celeberrimi Boerhawii de obſtructione opinio, cujus cauſſam præcipue in contractione arteriarum noſcit, in convergentia parietum arteriæ, in conglomerato ſanguine intra ipſius caveam, & in mutata ſphærica figura elementis ipſis conceſſa; 1. Etenim contractio arteriarum eam pro conficienda tollit, eaque eſt, quæ hanc impedit. 2. Quia arteriæ non ſunt conicæ, ſed cylindricæ, quod ſæpiſsime obſervavi, & ubi ad novi ramuli ortum eæ perveniant, earum lumen illo vix dato imminuitur quidem, ſed conſtantiſsime idem remanet usque ad novi ramuli egreſſum; univerſum igitur ſiſtema ſi conſideres id conicum eſt, ſed arteria una ſeorſim a propaginibus cylindrica; hinc nulla offertur ſanguini a parietibus obſtantibus mora, quæ tamen etiamſi tales eſſent obſtructionem nullimode progignere poſſent. 3. Quia in arteriis animale vivente numquam grumus ſanguinis percipitur dempto aneuriſmatico ſacco; vis enim earundem perennis, & citiſsimus abinde ſanguinis motus hoc coagulum vetat. 4. Quia precaria eſt (ſic & ipſa forte ſphæricitas:) hæc ſphæricæ figuræ mutatio: elementa namque in toto naturæ regno eandem ſemper

per ſiguram obtinent, licet validiſsimæ caloris actioni ſubjiciantur, licet in metamorphoſes veluti abeant; præcipue autem in ſanguine ipſo, quem æquabilis compreſſionis ablatio, laxitas vaſorum, & imminuta liquidi copia nullimode mutare quibit (de elementis loquor); prout vel hypothetica, vel minime admodum reagentia. At hac licet conceſſa quid ultimo eſſet expectandum? An hæ particulæ tunc diviſæ veluti trabes, & ſepimenta fluvii undis, obicis, vel aggeris ad inſtar obſtarent curſui ſanguinis? Globulus ſanguinis ruber cum ſeroſis conſtet, & hi lymphaticis ex Boerhawii ipſius ſententia, ſi figuram permutare deberet, illa eſſet tantum in diſſolutione globuli rubri habenda, & tunc certo facilius permeare poſſet potiusquam obſtructionem progignere. Cauſſa igitur, quam Swietenius commentatur, proxima, quæque una tantum ab ipſo dicitur, ſimplex, & ſemper eadem, nempe exceſſus magnitudinis per canalem transmittendæ ſupra capacitatem ejusdem canalis, perperam eſt admittenda, prout phyſiologicis contrariam præceptis, & nullis ſuffulta obſervationibus, ſi excipias caſum obſtructionis cum molis decremento, in quo non omnino eſt rejicienda opinio. Hinc Joannes Kaempf, Daniel Æmilius Koch, Joannes Fridericus Elvert, Amadeus Benivenius Faber, & Joannes Georgius

Schmidt,

Schmidt Præclariſsimi prorſus, & Expertiſsimi viri, rem acu tetigiſſent, & explanaſſent circa obſtructiones infimi præſertim ventris, ſi, quales phyſiologos decent, morbi explicationes tradidiſſent : recte proin Clarmus Baldinger, qui 4. primas Diſſertationes edidit T. 3. in *Conſpectu* aſſerit „*paſſim aliqua nimis mechanica videri; ſed habet noſtra aetate adhuc haec philoſophandi ratio fautores, & defenſores ſtrenuos, qui malint mori, quam alio ſcribendi genere uti.* „

Ex iis, quæ hactenus memoravimus, patet morbum non eſſe obſtructionem, quia habetur ſecretio major; cum vero hæc major ſecretio procedat a quantitate, vel vi ſanguinis ad eas partes aucta, ideo concomitari grandioribus vaſis, tum venis, cum arteriis. Hoc ex obſervatione tum propria cum aliorum, & Expertiſsimi præſertim Rezia probavimus. Sed ne minimum quidem ſubſit dubitatiunculæ argumentum audias, rogo, quod Clarmus Littre jam obſervaverat, ut infarctus, ſi qui fuerint, cum molis incremento ab oculatiſsimis Anatomicis, & Pathologis cum craſsioribus vaſis proculdubio proceſsiſſe viſi fuerint. „*M. Littre* (*Mem de l' Acad. R. de Scienc. an.* 1701. *Art. Divers. Obſ. Anatom.*) *a fait voir une foye humain, qui d' ailleurs étoit parfaitement dans l' état naturel, & trés-bien*

con-

conditionné, que les glandes, qui ne ſont nullement ſenſibles dans les autres, avoient prés d'une ligne de diamètre, & que les extremités des artères, & les racines de la veine porte, & de la veine cave, & des conduits biliaires, qui ſe terminoient à ces glandes, avoient une groſſeur proportionné, & étoient viſibles ſans microſcope. Toutes les autres parties du corps de cet homme, qui avoit été tué, etoient trés-bien diſpoſées, & trés-ſaines. „ Hic igitur præter arteriolarum ſurculos dilatatos, cum & venarum, vel ramos correſpondentes, habuimus propagines venæ portarum dilatatas; at cum hæc vena arteriæ vices agat, ideo juxta noſtram opinionem debuiſſent ejusdem rami dilatari, quod apprime factum eſt: non crevit quidem corpus, vel moles hæpatis, ſed crevere glandulæ, ad quas vena portarum pertinet; cæterum timeo, ne, quod de naturali ejusdem viſceris mole delatum eſt ab illis, ne, inquam, non omnino verum fuerit præſertim, quod volumen glandularum majus, quibus conflatur hæpar, vel melius dicam circumvolutiones vaſorum, & celluloſæ, debuiſſent augere molem viſceris ipſius eo etiam, quod arteria hæpatica, a qua hæpar nutritionem habet creverit diametro. Dilatantur igitur vaſa quamprimum pars creverit. Dilatationem hanc vaſorum præcipue arterioſorum memorat Haller cum glandula ipſa thyroidea creſcentem *Op. Path.*

Path. Præter autem alia argumenta, nonne ſacci ipſius denſitas creſcit, ut Bertrandio monente ſtrumæ conformationem hac ratione difficile ſit percipere? Nonne ſæpe ſarcomatoſa eſt ſtruma? Nonne cranium ipſum præter figuram in cretinis mutatam, nonne, inquam, miro modo dilatatur juxta Malacarnii, & mea obſervata, & parietes offert ſat naturali craſsiores? At hæc omnia affabre, & omnino demonſtrant ſecretiones fuiſſe adauctas.

Qua autem, quæret aliquis, de cauſſa utrorumque hæc vaſorum dilatatio a pauco tantum nota fuit tempore, vel & fere omnibus non notuit? Pluribus reſpondeo: 1. quidem aſſerendo hanc dilatationem jam Littrium, uti monuimus, vidiſſe præter alios, & deſcripſiſſe; at receptam non fuiſſe niſi, ut caſum morbi omnino peculiarem eo, quod mechanica Boerhawii opinio ob puerilem tanti viri reverentiam, quæ ſæpe ſcientiarum progreſſui obſtat, omnes Medicorum mentes occupaverit: 2. Quia peritia Anatomica ultimis nonniſi temporibus faſtigium attigit: 3. Quia neque exacte inſtituebantur cadaverum ſectiones: 4. Quia eæ ſectiones Pathologicæ ad uſum non revocabantur niſi raro, & tantum in morbis ex ignota cauſſa, vel monſtruoſis: 5. Quia de morbo incurabili ſic dicto nulla erat exagitanda quæſtio, ſic etiam

cogni-

cognitio morbi, uti credebatur, perfecta ingenio limites adpoſuerat: 6. Quia in hiſce tumoribus ſecandis partes nonnunquam exſiccatæ, oſsificatæ, vel omnino fætentes ſectiones impediebant: 7. Quia venæ ſemper arteriis majores, indeque hæ raro eam dilatationem attingunt, quam ſæpe obtinent venæ: 8. Quia arteriæ, quod intima partium teneant, ideo non ſatis animadverſæ: 9. Quia ſæpe confuderunt obſtructiones cum molis incremento cum illis inſimul, quæ cum molis decremento incedunt; in quibus arteriæ reapſe minores: 10. Quia ſæpe in viris diſſectio inſtituta fuit, in quibus jam imminuta, relate ad pueri corpus, arteriarum capitis diameter, & maxime carotidis internæ, & externæ: 11. Quia aliquando arteriæ in tumoribus oſteomatoſis ob compreſsionem, quam finitimæ reſiſtentes partes exercent, lumine revera imminuuntur etiamſi prius dilatatæ fuerint: 12. Quia arteriæ, non ſic venæ, poſt mortem expulſo ſanguine vacuæ ſe summopere contrahunt; quod inde demonſtrat in ſtatu vivente ſummam diſtractionem fuiſſe paſſas (*): 13. Quia (ſi de proceribus loquaris)

(*) Tanti facio contractilitatem arteriarum, ut ex hac totam fere earumdem actionem deducam: Arteria profecto ſumme ſeſe contrahit poſt mortem, ut quæ

ris) non admodum vel cognita, vel elucidata circulatio: 14. Quia demum remediis non deſtituebantur contra morbum hunc, proindeque inutilis reputabatur penitior de hoc morbo ſcientia; ſic in Anglia, & Gallia numquam in hunc

---

lineis 27, & $\frac{1}{7}$°. donabatur in ſtatu vivente, ad 12. lineas ſeſe coarctet. In ſano corpore major etiam eſt hæc ſyſtoles, ut proin ſat omnino ſit ſanguinis circulationi, vel expulſioni; elaſticitas namque parietum, quemadmodum evenit in corda tenſa, & dein relaxata, longe etiam ſuperat lineam, quam in ſtatu inactionis occupaverat. Hoc in carotide felis aliquando obſervavi; hujus enim parietes ſic contrahebantur, ut viderentur inoſculationem inire. Actionem hanc auget immobilitas extremorum; porro arteria firmis adnectitur partibus, oſsibus videlicet, locisve internis, aut inter muſculorum diviſiones, ut inde obſequi non conetur ipſorum motui; cum igitur ægre cedant extrema, vis maxima, & major debet eſſe, quæ dyaſtolem adducere poſſet arteriæ ipſi; & proin excitatur contractio ſumma, & ſanguinem ſub preſſorio cogens. Secta arteria hinc illinc reſiliens apprime probat arteriæ extrema diſtracta fuiſſe. Ne igitur earum irritabilitati tribuatur, quod ſimplici elaſticitatis, & contractionis vi eſt adſcribendum. Porro irritabilitas labaſcit ex conſiderato fibrarum muſcularium in arteriis defectu, ſumma elaſticitate, quin & contractilitate poſt longum etiam a morte tempus, quo ſcilicet irritabilitas omnis jam abierit, ſuperſtite.

hunc morbum quæſitum eſt, cum manus Regum ægris polliceretur, vel polliceri crederent perfectam ſanitatem.

Quomodo autem ex eadem arteria diverſi humores, & particulæ etherogeneæ ſecerni queant, expediam. Tumoribus creſcentibus, vel ob vim, & quantitatem ſanguinis, partes ſecretæ invicem ſic agunt, ut ab arteriarum ramis ſurculi nonnulli ſecedant, interim dum alii iis approximantur. Fit idcirco ſtructuræ quædam mutatio; ex hac mutatione enaſcitur angulorum diverſitas in ultimis arteriarum ſurculis. Vaſa etiam nexu, robore, lumine, ordine, loco, longitudine, contractilitate mutantur; hinc diverſitas ſecretionum. Sed vis ſanguinis ſecretionibus omnino immutandis par eſt. Videmus namque circulo ſanguinis aucto, mutatove ſecretoria oſtiola admittere, quod ſuum non eſt; ſic in animi pathematibus ſudor excitatur nonnumquam ſanguineus; ſic in inflammationibus lympham coagulabilem vaſa ſecernunt; ſic vulnera prius, uti etiam in artuum amputatione, tenuem lympham demittunt, ſeptimo autem, aut octavo die pus denſum; ſic urina ſanguinea, exanthemata &c. At potior cauſſa ex nervorum imperio, a qua omnes aliæ, deducenda eſt. Actio revera arteriarum, quam hic mutatam credere fas

eſt,

eſt, vel adauctam ab illis fere omnino dependet. Revera ubi debilitas, (quæ fere ſemper nervoſa eſt, non ſic laxitas), uti in cloroticis, obtinet, ſanguis evanidus venit obſervandus, ut ſeroſus, Swietenio narrante, fuerit obſervatus; ſic icterus ſpasmodicus, ut dimidiatum a flavo colore corpus appareret depictum, Trillero in *Eph. Nat. Cur.* narrante, & melas icterus; ſudores viſcidi, partiales, illi fere certi mortis præcones a nervorum omnino imperio repetendi ſunt. Ab actione hac nonne oriuntur mutationes ab animi pathematibus procedentes, quas eleganter adeo, & diffuſe attulit Samuel Auguſtus David Tiſſot *Maladies des nerfs?* Nonne a terrore cutis elevatur, anſerina fit, albida, ſicceſcit os, vulnera, ulcera,

Genua labant, gelidus concreſcit frigore ſanguis?

Ex ira, nonne, ut alia prœteream ſimptomata, bilis ſumma ſecretio, ſalivæ, & lacrumarum quantitas, & agitatus in fervorem, fere dicam, ſanguis? et ſic deinceps. Quin etiam ad ſenſum mutatur ſanguis ipſe e vaſe illico perterrefacti prorumpens, quemadmodum Hewſon ſat tutis probavit experimentis. Ne centies repetita recoquam, illud pro certo aſſeram, quod jampridem monuimus,

vi-

videlicet circulationem pati nervorum influxum, quem proinde ſi adauctum habebimus, habebimus ſigna etiam circulationis adauctæ. Metaſtaſes etiam vim hanc norunt. Sed quid plura moror, dum ex actione nervoſa ſecretiones omnes admiſerit, neque probationibus caruerit Accuratus admodum auctor Fränk Anmerkungen T. 3. S. 418. & Franciscus Quesnai *Eſſais ſur l'Economie Anim;* qui a diverſa vaſorum ſeparantium ſenſibilitate humorum diſcrimina ſat laudabiliter deducit?

Verum & partis laxitas meretur inter cauſſas omnimode cenſeri. Sic denſus, & acerbus virginis uterus fomentis laxatus, & vapore, pro muco ſanguinem extillavit: ſic vulnera ſicca, fomentis laxata pus demittunt: ſic hæmaturia in laxis, hydrops, ſcirrhi, vibices, ecchymoſes, exanthemata in febribus cum inſigni partium atonia incedentibus. Quibus omnibus ad unguem perpenſis conficitur ſuccum illum amygdalino ſimilem oleo, in homine dulcem, (uti Morgagnius *Ep.* 9. *& Adv. Anat.* expertus eſt, & Heiſterus *E. N. C. Cent.* 7. 8. *obſ.* 63.) mutari omnino debere; diverſam hinc induere naturam admixtis aliis particulis, vel & omnino deſiderari, facta interim craſsioribus, & etherogeneis humoribus via.

Hæc

Hæc omnia circa cauſſam immutatorum humorum ea jam pertinent tantummodo ad organa ſecernentia. Alia tamen adeſt, & potior cauſſa, qua humor, licet ſincerus fuerit ſecretus, tamen immutari potuerit; mora nimirum, & præſertim in ſacco præternaturali, & non ſinceri humoris. Mora profecto ſic mutantur humores ſecreti, ut aliam induant naturam, aut proprietatibus longe aliis inſtruantur, quas vix ſecreti offerebant. Hinc mora craſſeſſcunt, ſpiſsefcunt, indureſcunt, lapideſcunt abſorpto a lymphaticis tenuiore liquido. Nonnulli ſeparantur ab aliis, alii aliis combinantur, & ſic porro; ut certo aſſeri nequeat in diuturnis tumoribus, & ſcirrhis tales ſubſtantias ſic primitus fuiſſe ſecretas: moræ interim actione corpora invicem ſic agunt, ſeque attrahunt, ut relictis aliis, quibus adhærebant, particulis aliarum additione alia etiam conficiantur corpora, vel & diverſa petant loca; hinc rarum non eſt quosdam ſecuiſſe ſtrumas, in quibus plures materiæ conſpiciebantur in uno, eodemque ſacculo contentæ, ſed diviſæ. Aer præſertim aufugium quærit maxime, ubi humores ſecreti ob longum jam tempus nonnullum adepti fuerint alkaleſcentiæ gradum: hoc interim raro accidit; natura namque accuratiſsime cavente lymphatica vaſa abſorbent ſubtiliora, & aquoſiora, quæ mutationibus iſtis ci-

citius promovendis valent; ſcirrhus revera quo durior, eo diuturnior absque noxa eſſe poterit, ſaltem difficilius in cancrum abibit. In ſtatu quidem naturali liquida abſorbentur, ut purior remaneat humor animali denuo æconomiæ inſerviendus, cujus cenſus ſunt recrementitii omnes; ubi tamen ii humores diutius ſtagnaverint proprietatibus inſtruuntur noxiis; hac de cauſſa bilis cyſtica evaſit acerrima, lac etiam, ſemen, urina, fæces, mucus narium, vaginæ &c.; hinc nequeo Hallero aſſentire, qui muſculum admittit folliculum glandularum introveſtientem, quique humorem ob moram noxium factum expellat; reperitur enim in glandulis ſebaceis humor acerrimus aliquando, & fætentiſsimus, qui proin a contracto muſculo jam debuiſſet expulſus fuiſſe; ſed hæc præter plurimas alias ephæmeræ fuere hypotheſes ab eo conſtructæ, qui non modo non *avare* ſe geſsit, uti de aliis aſſerit idem Cl. Auctor, ſed nimium prodige in fibris muſcularibus admittendis. Iterum ob moram hydropicorum aqua, humores quilibet peculiari ſacculo contenti, mutantur colore, denſitate, proprietatibus; hujusmodi eſt celluloſa fortiſsima ab exhalata lymphatica in inflammatione materia, & calculi præter millena alia exempla. Attractione partium homogenearum aquoſæ aquoſis, mucoſæ mucoſis &c. coeunt. Hujus in corpore

pore humano manifeſtiſsime regnantis vis innumera, & indubia proſtant exempla. Sed, ne longior ſim, is, qui plura voluerit Percivalii diſſertationem pervolvat, in qua Clarmus vir ſat clare demonſtravit hanc actionem in humoribus non modo, ſed in pharmacis ipſis vigere experimentis, & obſervationibus ſuffultus a rubia tinctorum, & ſulphure præcipue deſumptis, quod & Vauquelin circa mercurium probavit. Ob moram, & admixtionem aliorum corporum nonne oſſa, carnes, corpus totum in gelatinoſam, pinguiformem ſubſtantiam abivit Fourcroyo Celeb. memorante (*)? Immorantem denique humorem ipſa aliquando mutare pergit fermentatio. Si quæ revera admittendæ fuerint Joannis Baptiſtæ van Helmontii, Thomæ Villiſii, Joannis Paſcalii, & Laurentii Bellinii præter alios culinæ, eæ nonniſi in præternaturalibus præcipue ſaccis, in quibus liquor diu ſtagnaverit, locum reperirent; cæterum chemicæ hæreſes, & mortales, Hallero dicente, vel jam deceſſæ hypothe-

(*) Anonimus in *Giornale Fiſico Medico di* L. Brugnatelli M. D. 1792. a *larvis* pinguiſsimis potius deducit, quæ colore albo impoſuiſſent non Fourcroyo, ſed veſpillonibus. Ut autem dubium hoc aliquali temeritatis nota non ſignaretur, oportuiſſet, ut probabilioribus ſuſtineretur argumentis.

potheſes: ob calorem equidem naturalem, ob coinquinatos, ſi fas eſt dicere, mutatosve mora humores, ob imminutum, vel deletum partis ſenſum, præter moram, partes ad fermentationem omnino procedere queunt, ut revera in tumoribus diuturnis obſervata fuerit putrida reſolutio, & cadaveroſus fætor. Hinc carcinoma humores ſemper putreſcentes refert, & ſubſtantiæ ipſius corroſionem, illamque in fætentiſsimum liquamen abeuntem. Hinc alkaleſcentes humores fuiſſe repertos ſcio, ut, quemadmodum Weber, & plurimi alii de urina habent, in viridem mutaverint ſyrupum violarum. Hæc tamen proprietas fermentationis tantum ope haberi poteſt; profecto alkali volatile nonniſi productum audit fermentationis, quin imo putrefactionis animalis, uti Bertholletus, aliique demonſtrarunt; hæc verum raro obtinet, ſiquidem, uti diximus, humores a lymphaticis abſorbentur, qui anſam omnino huic porrigunt, eaque præcipue de cauſſa, quod ſcilicet aerem evolvere pergant, qui proxima eſt fermentationis, & putrefactionis ipſius cauſſa, & effectus. Verum nonniſi ſuſpenſo ſtylo hæc peraro ridiculas Fermentiſtarum theorias offendere nolens.

Ergo plurimæ ſunt cauſſæ, eæque ſat activæ, ut tam diverſi humores ſecerni queant,

vel ſecreti immutari. Sed hæc omnia miris modis inter ſe combinari poſſunt, vel & alia ſimul conjungi, quæ æternum nos ſint fugitura. Has combinationes a tot cauſsis procedentes mathematice demonſtrare contendit Hallerus *in Comm. ad Boerh. Tom. 2.*, ut 1023. humorum ſpecies confici poſſe oſtendat, vel oſtendere ſe ſaltem aſſerat.

Hisce interim animadverſionibus rite perpenſis, qui ſecretiones numquam immutari poſſe putant, exclamare tandem ceſſent cum Darwinio ipſo *Bibliotheq. du Nord. T. 1.*

. . . . aurea duræ
Mala ferant quercus? narciſſo floreat alnus?
Pinguia corticibus ſudent electra myricæ?
Virg.

At hic objiciunt inextricabile reputantes argumentum modo hoc; vel vis nervea in arterias agit, vel arteriæ ſeorſim a vi nervea actionem exerunt; ſi poſtrema vera eſt propoſitio, vel ſi hanc concedis, tunc falſum id eſt, quod videlicet a vi nervoſa oriri queat immutata ſecretio; ſi vero actio nervorum in arterias agit, cur partes etiam inſenſibiles agentibus omnino arteriis donantur, & ſanguine irrorantur, & vitam, & augmentum habent? Præterea cur vis ſan-

guinis

guinis magna in thyroideis arteriis absque eo, quod ſenſus adſit? ſtruma namque tumor eſt inſenſibilis. Si adeſſet actio major nervorum in arterias agens, & ſi hæ actionem fere totam a nervoſo influxu præ ſe ferrent, eo deficiente deberet imminui circulatio, & longe ab augmento partis eam decreſcere decreſcente ſenſatione; atqui hic ullus eſt ſenſus, hinc nervoſa deficit actio; ergo &c.

Objectiones ſuperius allatas tanti non faciendas pro certo habeo; hinc ut ex his labyrintis emergam

Non ego jactandas optarem ſumere pennas
Sive tuas, Perſeu, Dædale, ſive tuas.
Ovid.

Suppetiis namque omnino ferendis ſatis eſt phyſiologia. Sciat igitur, qui hæc objecerit non in omnibus ſtrumis ſenſum deperdi, vel deperdi tantum longum poſt tempus, quo morbus incæperit, quod in ſcirrho venit obſervandum; in initio autem non deperdi ſenſum, quin imo eum adauctum iri, ut & doleat ab attactu pars, & quidem in initio morbum circuli ad ea loca adaucti ſimptomata præbere: hinc præter dolorem, & tumorem increſcentem facies perſæpe rubet, & minimæ erumpunt, excreſcunt puſtulæ.

Morbo autem jamdiu conſtituto, ex eo, quod ſecretio immaniter aucta cuncta premat, premit & nervos, qui hac etiam mechanica cauſſa poſſunt ſenſationi amplius inſervire, maxime ſi ſcirrhi, vel ſtruma fuerint oſſei, vel lapidei. Adde præſente partium diſtractione diſtrahi & nervos, hinc labefactari, vel etiam ex materia etherogenea fortaſsis ſic affici, ut inſequatur ſenſus difficultas. Interea velim animo concipiendum parti huic non multas eſſe tributas nervoſas propagines; hinc naturaliter etiam non exquiſita gaudere ſenſatione. Poteſt etiam variatis ſecretionibus variare & nerveam, quam nonniſi ſecretionem admittere juvat: ligata namque arteria, quod expertus eſt Monrò, aliique, pars vita, ſenſu, motuque deperdito macileſcit, flacceſcit, & in gangrænam abit; quæ ſimptomata ab impedita modo nutritione tam cito non oriuntur. Sed ſumme animadvertendum eſt actionem nerveam, vel electricam, adhuc exiſtere; ſi hæc enim deeſſet, pars illico in gangrænam abiret. Neque deducere quis audeat ex nullo ſenſu nullam adeſſe vim nerveam, celluloſa namque nullo gaudet ſenſu, attamen facultate pollet ſeſe contrahendi, & ſentiendi quamprimum fuerit a majori vis hujus nerveæ quantitate excitata. Sic in herniæ incarceratæ operatione cellulari etiamſi ſecta nullum æger accuſat dolorem, quem non-

nonnullis abhinc diebus, horis etiam maximum perſentit ab unico aeris attactu: tunc enim circulatione adaucta, inflammatione exorta ſecernitur fluidi hujus vitalis copia major, quæ ſenſibilem reddit partem, irrorando proin ſufficienter exiguos illos nervoſos ſurculos, quibus cellularem donari compertum eſt. Pars idcirco quælibet licet non ſentiens, tamdiu vivit, quamdiu vi vitali donatur; vitam revera ſchirri, aliorumque tumorum inſenſibilium ab hac vitali vi deducendam omnimode arbitror; qua æquiſsima theoria ſtatuo nullas dari inſenſibiles partes in humano corpore; omnes namque poſſunt, etſi non ſentientes, ſenſibilitate in quibusdam circumſtantiis donari, ne exceptis quidem oſsibus, quæ juxta Duvernei experimenta, ſenſu non deſtituuntur; quin imo ubi morbis fuerint correpta ſummo torquentur dolore: celluloſa reapſe ea conficiuntur, ut oſſea ſubſtantia, (quamprimum in maceratione cum acido marino diluto os fuerit relictum) decedente, & fundo vaſis commiſſa remaneat os pellucidum, flexile, cellulare, adipoſam imitans; cum autem cellularis quæque, ut vivat, nervoſis non careat ſurculis, ita illa oſsium iis pollet, ut inflammatione exorta excitetur ſenſibilitas animam de præſenti morbo monens, quo abacto pars iterum quieſcit non ſentiens, ſed non inſenſibilis. Poſſunt ergo adhuc extare exigui ſurculi, qui

vitam,

vitam, & ſenſum ob frequentes ipſorum anaſtomoſes ſervare queant. Verum etiamſi hæc pars ſenſu deſtitueretur, &, quod magis eſt, nulla adeſſet cum cerebro communicatio nervorum, viveret adhuc pars eo, quod arteriæ actione ſua ſemper gaudeant, & ab his ſecernatur vis vitalis partis vitæ neceſſaria. Ut vero partes vivant non indigent ſenſatione, ſic cellulosa inſenſibilis vivit, & quidem vivit arteriarum ſubſidio; ſectis enim nervis perdito ſenſu adhuc vivere pergit pars, quod ſæpe in ranis expertus eſt Monròus Præclaclariſsimus, licet poſt cruralis majoris ſectionem macileſceret aliquantulum fœmur, tamen cito ad priſtinam fere molem rediturum, deperdito licet motu, & ſenſu. Non inficior, quod ſectis nervis imminui debeat circulatio, cum arteriæ vis ab iisdem etiam nervis procedat; at cum nervi qui per arteriarum tunicas repunt, ſæpe a remota origine proveniant, ideo poſſent nervis non deſtitui partes, & vaſa ipſa, licet nervi partis ſecti fuerint. Revera usque ab intercostalis nervi magno ganglio rami molles procedunt, qui in thyroidæas arterias, præcipue ſuperiorem ſeſe immittunt, & inter earumdem tunicas ſerpunt; ut proinde licet actione deſtituantur nervi glandulæ thyroideæ dicati, arteriis vis adhuc inſit, quod ſuppetiæ ferantur a nervis, qui hinc inde, & a dicto præ-

ci-

cipue intercoſtalis ganglio procedunt. Si vero omnimode nervis orbaretur arteria ipſa (quod nnmquam accidit), vel ſi iisdem nervi morbum contraherent, aut etiam cum cerebro non communicarent, vita utique ob frequentes nervorum anaſtomoſes, arteriis adhuc impertiretur, ſed earundem actio imminueretur, vel & in primis caſibus ſufflaminaretur; profecto cruris macilentia a Monrò animadverſa in rana poſt cruralis nervi ſectionem, nonniſi ab imminuta arteriarum actione, & nutritione explicari poteſt; imminuebatur reapſe circulatio, prout ego ipſe obſervavi, in femore, & crure ex eo, quod a crurali nervo majore, ſive iſchiadico, nervoſas habeat cruralis arteria propagines; redibat tamen nonnulla partis craſsities ex eo, quod mutationi, ut ita dicam, aſſueſceret pars, & ſurculi aliunde ab aliis nervis progreſsi ſatis fuiſſent actuandæ nonnihil arteriæ; hinc pars vitam, & nutritionem ſibi paullisper increſcentem ſentiebat, quæ tamen difficulter primævam molem, & robur attingere poterat, quamquam nervorum invicem, & vaſorum anaſtomoſes ſummo in his caſibus uſui, & emolumento veniant. Velim inde ſumme attendendum partes vivere, quin etiam adcreſcere poſſe absque ſenſatione, &, quod magis eſt, absque organo ſenſationis primo, ideſt absque cerebro. Revera

ra equum memoraſſe memini Clariſsimum Rezia, qui in utero materno vixit absque cerebro, vel eo male ſic evoluto, ut ne figuram quidem cerebri præſeferret; aderat 4. 6. conjugatio, & 5ᵆ propago muſculis oculi inſerviens, & ii optime evoluti muſculi, deerat nervus opticus, & oculi globus peſsime conſtructus, & retina carens. Plures oves absque cerebro, bene tamen conformatos nervis pollentes, & puerum 5. menſium refert Kerkringius *in Obſ.*; Haller ſimilia habet. Exemplum tale habemus in *Regia Scient. Ac. Par. a.* 1701. *Art. ſur un fœtus extraordinaire* ,, *Celui dont nous parlons, n'avoit nulle trace de cerveau, ni la moëlle épinière, quoiqu' il eut dans la tête touts les nerfs, qui partent du cerveau, & dans le canal de l'épine. Ces nerfs, qui naiſſoient de l'endroit, où auroit du être le cerveau, étoient à la verité fort ſecs, & fort dures, au lieu qu'ils ſont naturellement moëlleux, même dans les perſonnes les plus âgées. Du reſte ce fœtus étoit bien formé, & bien nourri, & il avoit certainement vecu huit mois.* ,, Ex his præter plurima acephalorum exempla patet plurimum conferre poſſe nervum ipſum ad vitam quamquam ulla cum cerebro adſit communicatio; adaugetur propoſitioni robur ex conſideratione fætus; adeſt enim jam innumera nervoſorum ſurculorum propago in immaturo fætu, quin adſit cerebrum: adde etiam

etiam arterias tunc agere eo licet deficiente. Colligitur ergo ſenſibilitatem, utut a nervis tantummodo proxime dependentem a ſtatu tamen arteriarum plurimum immutari; magisque proin agente arteria majorem inſequi ſenſum, qui revera in initio ſtrumæ adaugetur ex adaucta circulatione; imminuta vero, vel ſufflaminata nervorum actione, hoc eſt ſenſu deleto, pati arterias; at parum thyroideas: nam hæ ſeorſim a nervis huic glandulæ propriis agere aliquantulum poſſent; præterquamquod vicinia cordis ex mechanica necesſitate ſanguinis curſum in his arteriis ſubſtineat. In ſtruma grandiore, duriore hac etiam de cauſſa imminuitur circulatio; redeunte verum circulationis vi, quod irritantibus pharmacis inconſulto propinatis, vel externis cauſsis evenit, excitatur denuo ſenſus, qui tamen ſæpe in ſcirrhis eſt prodromum inflammationis, ulceris, vel & ipſius cancri ſignum. Hinc difficultas ſcirrhum, & ſtrumam inveteratam tollendi, ſi ii tumores materia conſtiterint craſsiore; vaſa namque lymphatica huic abſorbendæ ſæpe non ſunt pares: adaucta verum circulatione excitatur utique major actio partibus, & abſorptio promovetur; timor tamen ſubeſt ſummus, ne cancer ab inflammatione oriatur, a qua tamen inflammatione, vel benigna ſuppuratio, vel reſolutio ope abſorptionis raro ſperari poteſt.

Enu-

Enucleatis, quæ neceſſario erant perpendenda, ſat dilucide impræſens noſcimus ſtrumam non eſſe obſtructionem, ſed tumorem, in quo circulatio non modo non languet, ſed liberior eſt, vaſis craſsioribus tum venis, cum arteriis. Opinio hinc illorum, qui cenſent venas tantum grandeſcere erronea affatim eſt ex obſervatione, & ex rationibus; niſi enim dilatatæ fuiſſent arteriæ a ſanguinis majori quantitate, neque illæ potuiſſent dilatari; quin imo ex minori ſanguinis, quam ſupponunt, quantitate debuiſſent conſtringi, & a tumore venas ipſas nonnihil comprimente. Arteriæ tamen robuſtiores non ſic grandeſcunt ac venæ; ſed hic etiam naturali majores, uti monuimus, ſunt reperiendæ, licet ex dimidio fere ſeſe contrahant poſt mortem; utroque vaſorum genere dilatato habetur proximæ cognitio.

Cauſſam igitur proximam conſtituunt ſanguinis ad ea loca major copia, aut vis, laxitate interim thyroideam glandulam ad morbum prædiſponente; alterutra namque deficiente non habetur niſi raro ſtruma. Difficile profecto eſt, ut ſanguis irruens cogere adeo, & dilatare queat ſecretoria oſtiola, ut multiplex, vel ſaltem craſsiorum humorum ſecretio haberi queat. Sic etiam difficile eſt, ut unica laxitate præſente morbus hic inſequi

qui poſsit; certum namque eſt, etiamſi daretur derivatio magna, nequire inflammationem cieri, vel ſummam ſanguinis quantitatem, & vim haberi. Primam autem cauſſam fateor ex ſe ſeorſim ab alia ſtrumam progignere poſſe, maxime ſi ad actionis faſtigium pervenerit. Hic vero, quoniam ambæ proſtent cauſſæ, luculentiſsima habetur morbi hujus explanatio, idque veritati propius, quod cum generales ſint endemicum revera morbum ſiſtant. Cauſſa igitur, ut pathologice loquar, proegumena eſt laxitas, procatartica vero eſt ſanguinis ad ea loca determinatio major.

Ad hanc opinionem omnimode adducor ex conſideratione arteriarum, quæ in fœtu, & puero, relate ad alias omnes, majores ſunt ita, ut inferior thyroidea arteria toto ſubclaviæ trunco ſit major. Hinc ex eo, quod minus reſiſtant partes in puerulis, facilis eſt ad hunc morbum proclivitas, uti etiam aliarum obſtructionum. Divinus equidem Senex *Coac. Prœnot. n.* 3. monuit *poſt 42. & 63. annum ſtrumas* (cum ſcrophulis, uti videbimus, hac etiam in re accuratiſsimus non confundebat) *non amplius fieri*, & Sauſſurius *Voy. dans les Alpes T. 2.* ,, *ceux, qui ont été exempts jusqu' à leur huit, ou dixième année, le ſont égalément pour toute ſa vie.* ,, Suffulcitur aſſertio

ſertio illa ex animadverſa ſanguinis quantitate, qui ad ſuperiora defertur adeo magna in pueris, ut $\frac{1}{6}$ totius ſanguineæ maſſæ generatim admittatur, quam recte poſuiſſe naturam ea notum eſt de cauſſa, ut ſcilicet evolveretur cerebrum, & capitis quæque neceſſaria organa. Atque hic non prætermittendum cerebro evoluto nuſpiam, vel parum admodum creſcere carotides internas, ſanguinem idcirco aliam ſibi facere viam. Profecto carotis externa tunc dilatatur, & ſanguis ad faciem magis, magisque defertur, quo ſit, ut ſtrumæ, ſcrophulæ, aliique tumores, & exanthemata in pueris ſat facile, & energice effloreſcant præſertim in facie: evoluto capite vix creſcunt carotides; ut proin eadem fere diametro polleant in puero ac in adulto; creſcunt vero, & dilatantur arteriæ axillares; hinc brachia evolvuntur. Cur thyroideæ arteriæ ſunt diametro majores relate, & nonnumquam abſolute, ad corpus in pueris, & in infantibus, ac in viris? Ex cordis vicinia, & ex glandulæ laxa compage deducendum eſt. Cur autem non augetur glandula, & ejusdem arteriæ, quin imo fere ſemper imminuuntur? Ab enarrata ſanguinis derivatione, ſubaxillari interim ſumme evoluta, & cruralibus, cum etiam arteriis thoracis, & infimi ventris. A reſpiratione, & actione laryngis; a degluti-

tione,

tione, a compreſsione, a cartilaginibus laryngis a poſteriori facta, interim dum muſculi ſternothyroidei, & ſternohyoidæi, & muſculus ſine pare ab anteriori parte eam deprimunt. Major ideo habetur diſpoſitio in pueris, in quibus actio cordis, & arteriarum ſumma eſt, in quibus fere nulla obliterata vaſa, & laxitas partium præſto adeſt; reveraque vis ſanguinis in pueris ſumma præter alia experimenta, & obſervationes a celerrima arteriarum pulſatione eſt deducenda, & magis in iſtis, quæ linea fere recta a trunco aortæ procedunt tam cordi vicinæ, ut viderit Hallerus inferiorem thyroideam ab ipſo aortæ arcu proceſsiſſe. (*)

At eo, quod ſenes non ſecus, ac pueri obſtructionibus laborent, conjectare non exultent ab eadem cauſſa eas enaſci debere. Nam

(*) Tanti fecit Illuſtriſsimus Sauvages lineam rectam, qua carotides cum aorta communicant, ut actionem mercurii in ſalivales glandulas, & caput ab hac linea deduceret, qua ſcilicet gravius corpus remotius eſſet projiciendum; hinc non ad aortam inferius devehendum, ſed directa carotidum oſtia ſubeundum. Quæ tamen conjectura, licet plus ingenium, quam rationem alat, illud tamen eluceſcere ſinit, quod deficiente canalis flexilitate vis ſanguini commiſſa magis ſervetur.

Nam in pueris circulatio citiſsima, in ſenibus autem lenta; & contra ſolida in illis debiliſsima, in his quammaxime reſiſtentia; idcirco in illis obſtructio a nimia vi ſanguinis, & laxitate partium; in his ab ipſorum obliteratione; in illis obſtructiones ſimptomatibus energiæ adauctæ, proin tonicis; in his imminutæ, idcirco atonicis; hinc glandulæ lymphaticæ in pueris craſſæ ſunt, rubellæ, & vaſis copioſiſsimis ſeminatæ, in ſenibus ſtrigoſæ: igitur in primis obſtructiones (uſitato vocabulo) cum molis incremento, in ſecundis cum molis decremento; augetur propoſitionis veriſimilitudo ex obſervatione diverſitatis curæ; medemur namque pueris pharmacorum ope, quæ circulum minime adaugendo ſolidis tonum addunt, propterea que natura, vel ætas ſæpe melior medicatrix, cum recte paſto, & pubente corpore augeatur ſolidorum actio, & morbus ſæpe tollatur; ſilicerniis vero iis, quæ partes emolliunt, relaxant, humores attenuant, circulationis, & abſorptionis vim excitant.

Æthiologum hæc recte perpendentem non fugiet ſcirrhos, aliosque plurimos tumores inflammationem conſequi, vel ſaltem ſummam arteriarum dilatationem, & ſanguinis vim laxitate cæterum partem prædiſponente. Hinc patet veterum diviſionem in tumores calidos,

&

& frigidos non omnino hac de cauſſa ſpernendam eſſe, ſiquidem plurimi revera tumores inflammatione concomitantur, alii minime: illud quidem contra illos oppido adnotandum, quod tumores in initio calidi, ut cum illis loquar, decurſu temporis in frigidos mutari poſsint, & vice verſa; vel & ipſos rite non diſtinxiſſe ipſos tumores; ſed, quæſo, illud parcendum tempori, interim dum diſtinctiones tumorum a neotericis inſtitutæ plurimum a noſologica, vel mathematica, quam tentarunt, exactitudine diſtant. Quod tumores quamplurimi aſſeclæ, vel ſequelæ ſint inflammationis, ſat, ſuperque liquet ex conſideratione inflammationis ipſius, quæ numquam ſine tumore animadvertitur, eoque notabiliori, quo laxiores fuerint partes, quas inflammatio fuerit adorta, quemadmodum ſunt glandulæ generatim, & præſertim in pueris, vel & viſcera. Secretio revera hæc eſt, quæ a vi tantum ſanguinis majori, vel dilatatione pororum inorganicorum repetenda eſt. Profecto jam Guido noverat ab inflammatione ſcirrhum provenire, & Fabricius Hyeronimus ab Aquapendente; quin imo hic ſat recte novit in initio ſigna adeſſe inflammationis, & dein ea removeri „ *quia ſanguis ille, qui prius calidus erat, & tenuior, factus eſt craſſus, & frigidus* „ *C. 9. de Scirrho.* Sed & ſimptomata ipſa hoc luculenter demon-

monſtrant, & ea ſcirrhorum niſi pertinax, ſaltem atrocior ſpecies, quæ a ſuſpenſis ſanguinis præcipue evacuationibus oritur: hinc incurabiles ſæpe ſcirrhi, qui fœminis frequenter adeo ingruunt eo tempore, quo menſtruis inſalutatæ remanſerint. Sed & omnia exanthemata, quæ excipit inflammatio, ſectatur ſecretio, & terminat ſæpe ſuppuratio, vel reſolutio, vel furfuracei quid, arenuloſique, in furunculis præſertim, obſervandi; nonne, inquam, hæc ſat clare oſtendunt tumores fere omnes ab inflammatione, vel partium laxitate oriri? Tumores oſteomatoſi, aliique, ſæpe ſunt in ratione directa inflammationis, ſic phlegmones; hæc autem ſimul demonſtrare pergunt illud, quod indigitavimus, ſcilicet ſecretiones inſequi a vi ſanguinis adaucta, neque ſimplices propterea errores loci, vel obſtructiones vaſorum ipſorum eſſe.

Nunc age quæſtionem quoad lumen arteriarum dilucidabo. Arteria, dum neque aliis cauſsis laxior, vel majore vi ſanguinis diſtrahitur, ſemper eadem remanſura eſt, dummodo eadem illi nutritio fuerit ab aliis arteriolis elargita, citra tamen ſenectutis ærumnas; dum vero binæ illæ ſimul cauſſæ, laxitas nimirum, & impetuoſior ſanguinis motus agunt, habetur dilatatio partis mechanice etiam explicanda. Ex laxitate, qua puncta contac-

tus

tus imminuuntur, & ab invicem corpora primigenia recedunt, explicantur nonnulla, licet rara aneurismata hinc illinc in fœminis præcipue laxioribus, a percuſsione arteriarum ipſarum, prodeuntia; laxa revera reddita arteriarum compage cedere illis oportet irruenti de more ſanguini, licet natura quamoptime huic caverit; dum enim laxæ ſunt arteriarum parietes fere ſemper circulatio etiam in vaſis retardatur, quæ profecto ex ſe eam quadantenus perficere poſſunt. Iis autem in locis, in quibus actio cordis ex ſe circulum promovere poſſet, ibi revera laxitas partium, & præcipue arteriarum valdopere patitur; hinc prope cor faciliora laxitate præſente aneurismata ad aortam eo, quod actio cordis eadem remaneat, licet imminuta fuerit parietum arteriæ reactio. Venæ hac ratione facilius dilatantur, ac arteriæ, etſi iisdem, ac ultimæ, donentur tunicis; ſed minus firmæ, vel compactæ ſunt venarum tunicæ; hinc facile preſsioni ſanguinis cedunt. His vero ſolidioribus, rigidioribus redditis, (uti in vena cava prope cor, & vena portarum prope hæpar adjuncta Gliſſonii capſula) pulſare non deſiſtunt; hæ proin venæ licet maximæ varicibus non tam facile detinentur, quod, ni cautum narrato modo a natura fuiſſet, ſæpiſsime accidiſſet. Hæc omnia demonſtrant actionem vaſorum a parietum robore depen-

dere, & imminuto eo vaſa ipſa cedere, maxime ſi unda ſanguinis celerior, & major fuerit. Laxitate ergo generali præſente, uti in ſtrumoſis accidit, neque vaſa remanebunt inſontia præſertim, quæ ſunt cordi vicina, quæ ſumme dilatata reperiri jam memoravimus.

Sed vaſa potiori jure a vi ſanguinis dilatationem concipiunt. Hæc tamen in arteriis a corde remotis raro obtinet, ſiquidem actio ipſis arteriis inſita circulum vel imminuit, vel auget, proin arteriæ actionis ipſius ſanguinis moderatrices ſunt. Æquilibrim igitur ſiſtitur inter agentem ſanguinem, & reagentes parietes; revera in longinquis a corde arteriis raro veniunt obſervanda aneurismata, niſi quæ a cauſſa externa, vel ab infelici ipſarum poſitione, uti in poplite, fuerint orta. Vis quapropter ſanguinis actioni arteriarum famulatur. In vaſis autem prope cor poſitis duplex recenſetur actio ſanguinis a vi cordis, & arteriarum procedens; faciliores idcirco ad has partes vaſorum dilatationes præſertim, ubi tanta fuerit ſanguinis vis, ut inflammatio fuerit exorta. Profecto hac præſente dilatantur arteriæ, quam ſæpe dilatationem præcipue in pulmonali arteria vidit Clarmus Pratolongo in peripneumonia deceſsis, & ego ipſe cum Celeberrimo Joanne Petro Frank,

quid?

quid? quod viderim non raro internas earumdem tunicas ſimul ruberrimas, & inflammatas. Hoc meridiana autumo luce demonſtrare poſſe, inflammatione præſente dilatari vaſa, & ſenſibiliora, ſi quæ prius fuerant, evadere: hinc circulationem adaugeri arteriis localiter affectis; quod equidem in topicis inflammationibus eſt obſervandum, in quibus ſimptomata inflammationis, & adaucti circuli, (prout Præclariſsimus Eques de Brambilla docuit, & multiplici exemplo confirmavit) uni tantum parti ſunt tributa.

Jam vero ſi nobis argumenta non deeſſent, quibus demonſtrare poſsimus in initio ſtrumarum niſum ad inflammationem præeſſe, id prorſus eſſemus perfecturi, quod apprime ſufficeret ad cauſſæ proximæ ſuperius a nobis admiſſæ oſtenſionem. Hæc autem abunde ſuppetunt, ſiquidem ætas infantilis, ſimptomata morbi, & cauſſæ inferius enucleandæ conferunt omnino ad cauſſam generalem, & proximam admittendam.

In ætate infantili jam ſupra monuimus ſanguinem majori quantitate prius internas, dein externas capitis partes petere, obruere, idque ſapienti non ſine naturæ conſilio. Pueros, infantesque ſumma humorum quantitas, & ſpeciatim plethora ſanguinea invadit, a qua

 ortum

ortum alii habent humores, circulatio nullimode impedita, præcox, & eodem tempore ſenſibiliſsima omnia etſi laxa, debilia etiam; hinc debilitas directa Brunonis obtinet. His omnibus errores loci, vel melius inquam, ſecretiones majores, & præternaturales, ob vividiorem tamen abſorptionem facile reparandæ, & inflammatio facilis; quamquam inflammationem Boerhawiano more neutiquam explicare contendam.

Si ſimptomatibus attendas, cum illis inflammationis, vel ſaltem circulationis adauctæ, vel plethoræ localis convenire fateberis. Rubet perſæpe facies in initio, puſtulæ hinc illinc erumpunt, & efflorefcentiæ cutaneæ; vaſa ad caput varicoſa, oculi ſæpe rubentes, fulgidi, collacrumantes, gravedo capitis, ſumma ad ſomnum proclivitas, muci narium, & ſalivæ fluxus; præterea increſcente illico tumore dolor partis. Hunc dolorem aliquos perſenſiſſe audivi, qui attentiores fuerint in morbi primordia. Aetius *L. 15. C. 5.* jam monuerat dari ſtrumas dolentes, tumentes, inæquales, inflammatas, pulſantes, & medicamentis ſeſe exacerbantes, licet cum ſcrophulis morbum junxerit. Guido autem ſtrumam a glandula, vel & tumore glandulæ probe diſtinguens monuit nonnumquam dolentem animadverti, alii etiam. Abit autem

in

in provecto morbo ſenſus, ſed raro: pulſatorium dolorem, tenſorium, punctorium in vera ſtruma jam (quod magis eſt) diuturna ſæpe obſervavit Mittermayerus, & ego ipſe; temporarium idem retulit pro ratione tempeſtatis turbidæ, aut humidæ; a vini generoſioris potu rubentes; item ex uſu aromatum, ſimiliumque; quæ ultimæ cauſſæ apprime elucefcere ſinunt morbum, prout a cauſsis circulationem excitantibus ortum, exarcerbari ab iisdem, quamquam diutiſsime jam extiterit morbus, & pars imminutum habuerit ſenſum. Ego etiam varicoſas, calentes, rubentiſsimas ſtrumas hiſce in Provinciis vidi, quarum morbum deſcribimus, nec non in famulo Univerſitatis Vindobonenſis. Bonetus ipſe inflammationem admittit. Hæc ſunt ſimptomata certa, ideo rei veritatem demonſtrantia. Si quid igitur videtur in nonnullis tumor frigidus (ut veterum vocabulo fruar) eum nonniſi decurſu temporis talem proveniſſe ſciant, quo ſit, ut arteriis vis pluribus ceſſaverit, ut ſupra monuimus, de cauſsis.

Sed neque oportet, ut hæc inflammationis ſimptomata in ſtruma extus appareant, cum arteriæ non ſint omnino externæ, & morbus non ſit vera inflammatio. Præterea tempus, vel mora quantum ſibi velit iam ſupra indigitavimus. Hac ipſamet ratione plurima

circa

circa plurimos morbos deſiderari adhuc autumo eo, quod Pathologi in primis morbi, & etiam ſtrumæ ſimptomatibus non attenderint, & ſectionem tantum illorum inſtitui curaverint, qui ſtruma grandiore, & jam perfecta laboraverint, neſcientes interea, quantum interſit diſcriminis inter primordia, & ſtatum morbi, ut & cura ſæpe ſæpius differre debeat. Sed & longe res ſe habet in animali vivo, ac in deceſſo; hinc male conjectaſſe ex lumine arteriarum adduximus.

Ex quantitate ſanguinis ad caput delati ſopor, capitis gravedo, ſtupiditas. Comprimitur cerebrum, & quoniam etiam atoniæ adſint ſimptomata, ſic laxitas, debilitas, & proclivitas ad ſomnum, quo diu capto dilatatis iterum pro ſomno ipſo vaſis ad læthargum nonnumquam deducuntur. Somnolentiſsimos revera vidi, ut pede ſtantes muris adnixi a ſomno non deſtiterint. Explicatur laxitate corporis cognita, & cauſsis, cur licet majori ſanguinis quantitate irroretur cerebrum, tamen obæſi adeo remaneant; illos namque continuum fere ſemper ex concidentia delirium tenet, ut neque ſtudiis, neque ſuis officiis vacare queant. Adſunt tamen nonnulli, quos infelix hæc animæ impotentia non defædat. Sed ob ſtrumam ipſam jugularis vena comprimitur, hinc ſomniculoſus

ſus eſt, & quandoque comatoſus, & obæſus (*). Sed fortaſsis etiam ex impedita, vel mutata intra calvariam ſecretione habetur nulla, vel exiguiſsima animæ poteſtas; a labe parentum fortaſsis ſaltem prædiſponente, a prava educatione, vivendi methodo. Remanet hæc commiſeranda ægritudo toto fere ſemper vitæ tempore eo, quod circulationis vis ſemel impenſa (præter continuam cauſſam a jugularium compreſsione) ſemper tamen vaſa arterioſa etiam ad talem affectionem, invita ipſarum contractilitate, diſponat; capitis namque vaſa debilibus conſtruuntur tunicis, qua ratione parum, vel nil pulſant intra calvariam, & facilius dilatationem concipiunt difficile admodum tollendam. Re-

(*) Quam differant effecta a ſanguine arterioſo, vel a venoſo in calvaria congeſto, facile admodum dignoſcitur: ſiquidem cauſſa, ſimptomata, & prædiſpoſitio hoc oſtendunt. Penes hos, quamquam adſint ſigna circulationis adauctæ, tamen hæc ſanguinis caput inſigniter occupantis quantitas (ſi de interna calvaria loquamur) potius ab impedita per jugulares ſanguinis revectione deducenda videtur. Adaugeri profecto vidi ſomnolentiam quamprimum ſtruma, licet minor, occupaſſet locum laryngi lateralem jugularibus conceſſum, & magis ſi dura, & immobilis fuiſſet; ſic etiam ſi laryngem arctius compreſſiſſet, ut eas tumuiſſe viderim.

Revera ſi incæptum ex animi pathemate aortæ aneuriſma, Hallero referente, tota vita perduravit, cur non erit admittenda vaſorum longe debiliorum dilatatio? Quid hanc duraturam impediet? Summa proin extat in his quantitas ſanguinis a pulſu duro, & pleno, & a victu admodum plerotico deducenda. Ergo quantitas ſanguinis major ad caput delati in iſtis non modo non auget energiam, quin etiam ob compreſsionem cerebri eam imminuit. Adde eandem vim fortius impenſam actionem contrariam exerere, uti recte Ovidius *de Remed. Amoris* habet

Vina parant animum veneri, niſi plurima ſumas,
Ut ſtupeant multo corda ſepulta mero.
Nutritur vento, vento reſtinguitur ignis,
Lenis alit flammam, fortior aura nocet.

Videtur igitur quantitatem ſanguinis ad cerebrum delati ob compreſsionem poſſe ſtupiditatem producere. A verecundia nonne determinatur major quantitas ſanguinis ad caput? nonne vertigo aliquando ſuccedit? nonne ab hac cauſſa mortui ſunt apoplexia correpti bini equites Madriti, quamprimum Rex terribili intuitu eos in Eccleſia fæminam inhoneſte contrectantes perterruerit? nonne & ab ira talis affectio, & apoplexia ipſa? Cæterum magis a jugularium compreſsione de-

deduco morbum, quam ab hac, licet & arterias carotides aliquando dilatatas viderim. Profecto Clariſsimus Malacarne, & nuper Illuſtriſsimus Ackermannus repererunt, quod & ego ipſe vidi, laterales ſinus venoſos dilatatos. Hinc compreſsio cerebri; hæc autem inſignis dilatatio tam in cretinis, quam in ſtrumoſis venit obſervanda. Belle monet venas ſtrumæ ſuperficiales tumere ob impeditum ſanguinis curſum, quod omnino verum eſt: ſed vertigo abinde proveniens non dependet ab impedito, vel etiam ſufflaminato in illis circulo; nullimode namque venæ thyroideæ ſanguinem a cerebro revehunt: „ Die Adern, inquit, auf ihrer Oberfläche ſchwollen auf, und wurden ſchwarzblau, offenbar deßwegen, weil der Rückfluß des Blutes vom Kopfe gehemmet war. In dem Falle klagte der Patient ſehr über Schwindel. „ Vertigo igitur cum venis ſtrumæ ſuperficialibus procedebat, ſed non ab impedito earumdem ſanguinis curſu provenit. Igitur ob encephali compreſsionem comatoſus eſt, ferme delirans,

Atque affigit humo divinæ particulam auræ.
Hor.

Collacrimatio, capitis magnitudo præter ſtrumam, demonſtrat affluxum hunc: ſic phthyriaſis non raro, & cruſtæ in capite prodeuntes. Quæ omnia præter alia in ini-

tio

tio enarrata ſimptomata demonſtrant ſummam ſanguinis ad has partes derivationem, & niſum ad inflammationem. Noverat hunc in morbis glandularum niſum Hippocrates in libro *de Glandulis* ubi aſſerit ,, *Quod ſi copioſa, & morboſa fluxio fuerit, glandulæ etiam reliquum corpus diſtendunt, eoque modo febris accenditur, glandulæ attolluntur, & tumorem concipiunt* ,, & ſpeciatim in ſtruma; ille enim ſubdit ,, *ſi pituitoſa, copioſa, ac lenta fluxio fuerit, ſic etiam glandula inflammationem concipit, ex qua humor cum ſit ſtabilis peſſimus colli morbus generatur.* ,, .

Quamquam autem hæc inflammationis ſigna, uti diximus, extus non prodeant, non ideo ad inflammationis abſentiam quis deducat; ſæpe namque vidi in cadavere inflammationes, quas numquam ne ſuſpicari quidem potui: ſæpe ex aure pus exire obſervavi, quod inflammationis anteactæ indubium eſt ſignum, absque eo, quod neque dolor, neque tumor, excepta quadam auditus imminutione, animadverteretur. Plura cupienti *Diſſertatio* Georg. Matthiæ Gattenhof in *Del. opuſc. Jo. Pet. Frank T. 6.* habenda præbeatur, ubi ille Clariſsimus vir inflammationum fallacias omnino exhibet ita, ut aliquando inflammatio habeatur absque ſignis, & nonnumquam ſigna inflammationis manifeſten-

ſeſtentur absque inflammatione ipſa. Poteſt hiſce perſpectis niſus ad inflammationem adeſſe, & levis etiam inflammatiuncula absque eo, quod ſignis in conſpectum prodeuntibus morbus hic ſeſe prodat. Hoc autem in partibus minus ſenſibilibus eſt obſervandum, in quibus vis naturæ provide medicatrix (quæcumque ea fuerit) reactionem niſi minimam exerere poteſt; etſi inflammationem inteſtinorum etiam tenuium obſervaverim, & ego, & alii poſt mortem, interim dum nullis ſe proderet ſignis hic ſenſiliſsimi viſceris morbus. Fatebor tamen hæc rara eſſe, & nonnumquam ex exigua obſervandi acie defluxiſſe, vel a relaxatione partium, & motu circulationis ultimis momentis peracto, vel poſt mortem ipſam; ſubſunt revera poſt animæ deceſſum indubia circulationis teſtimonia, quæ præter alios retulit Clariſsimus Paſta in *Diſſertatione* huic ſcopo illuſtrando dicata; cum enim ſtatus dilatationis a vi ſanguinis dependeat, ceſſante hac vi eæ contrahuntur, & ſanguinem ad finitimas propellunt venas in laxioribus viſceribus ſæpe immoraturum, ut inflammationem ſimulet, cujus male deducta corollaria ægros enecaſſe usque, & usque video; vel etiam ad cutem defertur, & vibices, ecchymoſes progignit, & puſtulas, quibus aliquando augmentum largitur, ut Swietenio narrante non modo

eru-

eruperint variolæ, ſed poſt mortem creverint, inde eſt, ut arterias poſt mortem quemadmodum jam meminimus contractas, videre eſt, & cruore penitus deſtitutas.

Qua autem ratione grandeſcunt venæ? Quia cum major ſanguinis copia ad arterias deveniat, ideo recipienda eſt etiam major a venis; licet enim ſecretio hic loci magna habeatur, & proin particulis depauperetur ſanguis, tamen cum circulatio ſit adeo cita, & exin repentinus novi ſanguinis adventus, hæc ablatio humorum a ſanguine arterioſo, quoad quantitatem, fere nihil eſt obſervanda. Imminuto verum circulo in tumore diuturno, & craſsiore fere eodem modo tument venæ, quod nullus tunc ſecernatur ab arteriis humor. Sed & alia eſt cauſſa, hoc eſt impeditus venoſi ſanguinis in correſpondentes venas decurſus, quo ſit, ut eæ tumere cogantur. Hæc attamen cauſſa in initio magis eſt admittenda; tunc videlicet, cum circulatione præcociori vigente receptus majori quantitate ſanguis committendus eſſet eadem vi, & in vaſis jam plenis. Dilatantur inde venæ, ut ad varicem ſæpe irreparabilem progrediantur. Ubi cruor utrinque, ſuperius videlicet, inferiusque comprimitur, aut venarum parietes ſunt fortes, tunc venæ arteriarum jura arripiunt, & pulſant, cum ſub preſſorio

ad-

adſtringatur ſanguis. Hanc pulſationem in nonnullis capitis morbis obſervare eſt, & præcipue circa jugularis in ſubclaviæ inſertionem, & ubi adſunt polipi in corde, aut in vaſis majoribus; ut exin Clariſsimus Homberg in nobili fœmina obſervaverit venarum colli, & brachii pulſationem ab hac cauſſa procedentem (*). Qua propterea perrara obſervatione conficitur binas haſce cauſſas concurrere debere, ut ſcilicet ſurſum, deorſumque ſub prælo coerceatur ſanguis, ut ſanguis ipſe arterioſus (quod tamen rariſsimum puto) cogatur curſum in propriis vaſis retardare.

Sed

(*) Clarmus Homberg *Hiſt. de l' Ac. Roy. des Sciences* 1704. obervavit in nobili fœmina pulſationem venarum. Eo tempore, quo magis cordis palpitatione agitabatur miſella, & ſimul aſthmate forti, tunc venæ brachii, & colli ad viſum pulſabant, non adeo differenter ab arteriarum pulſatione, cohærenter cum cordis palpitationibus: acceſsione finita ceſſabat venarum pulſatio. De more bis de die hæc ſcæna renovabatur, aliquando ſæpius: optime deduxit idem Auctor a polypo in arteriarum truncis exiſtente morbum hunc, repertus enim in vena cava fuit polypus fere totum ejuſdem venæ lumen occludens.

Sed aſſerunt in inflammatione, uti ex Cullenii doctrina patet, haberi ſpasmum minimarum arteriolarum; exin hanc dilatationem inſequi non poſſe.

Hæc objectio, quæ primo intuitu plurimi facienda eſſe videretur, ſtatim proruit ex conſideratione hujus conjecturæ, quæ nutantibus ſuperſtructa eſt fundamentis; & ex eo, quod hic non habeatur vera inflammatio; debilia enim ſolida & laxa, & ſtructura glandulæ facillime cedens reactionem exerere queunt nonniſi minimam; proin luctam hanc minus acrem adeſſe debere, quod ex ipſa Culleniana doctrina conficitur; rigidiores enim fibras hoc ſpasmo fortiter tantum detineri admittit. Hinc in glandulis, ubi laxa ſemper compages animadvertitur, facilius ſecretiones perficiuntur. Præterea etiamſi ſpasmum admitteremus, an potius hic eſt admittendus in ultimis, & minimis ramis, vel in aliis, qui anaſtomoſes ineunt majores? In illis proculdubio, ut dein imminutis plurimis rivulis cogatur in truncos abire ſanguis, ibique colligi: quod dein auxiliaretur inflammationi, ſecretioni majori, & dilatationi correſpondentium venarum. Cum autem laxa ſint puerorum viſcera, & præcipue horum incolarum, ipſe ſanguis obſtacula ſuperat, ut & nonnumquam in tela ipſa celluloſa diſperdatur cruor, quem

quem præter alios vidit Morgagnius Celeber. *Ep.* 9. in uno glandulæ lobo, & in tota ipſa glandula in ſcriba, & in anu Bononienſi, & Doctor Halix. Sed etiamſi admittatur ſpasmus hic minimarum arteriolarum, ſciendum, quod tollatur a reagente ſanguinis vi, inde ruit objectio.

Neque quid eonficit inutilitas venæ ſectionis ad hanc theoriam infirmandam: primo namque ætas infantilis non patitur generoſas ſanguinis evacuationes: hæ revera in puerulis ſunt periculoſiſsimæ jacturæ eo, quod magis, magisque debilitetur ſolidorum actio, a qua jam imminuta oriri etiam morbum monuimus. Dein hic non habetur energica inflammatio, ſaltem phlegmonoſa, & ſi ea eſt, id nonniſi eriſipelacei quidpiam eſt; qui morbus absque venæ ſectionibus ſæpe curari poteſt, præcipue ſi minimus fuerit. Præterea jam perfecta ſtruma nil boni afferre quit, cum ſecretio jam fuerit peracta, & debilitetur potius reſorptionis vis ex atonia a v. s. procedente. Monuimus profecto ſuperius ſanguinis ad eas partes validius impingentis ſimptomata in initio tantum morbi obſervari, non autem in ſtruma perfecta, in qua potius imminui ex compreſsione vaſorum a tumore ipſo orta, & a derivatione ſanguinis ad alia loca adduximus. Ego quidem ab

Hel-

Helmontianis & Wollſteinianis figmentis circa ſanguinis evacuationes abhorreo, ſed cum neceſsitatem non videam, neque modos quærere mihi licitum eſt, quibus, niſi ſtrumam adaugeam, ſaltem difficultatem extirpationis ipſius promoveam. Cæterum in initio ipſam ſanguinis per ſanguiſugas, & cucurbitulas ſcarificatas extractionem non extra aleam cenſeo, præcipue in adultioribus, ſi ſolidis ſimul rorandis haberetur ratio; hæc tamen, juxta Celeb. Eq. de Brambilla theorema in inflammationibus topicis, loco, ſi fieri poſsit, affecto perficiantur. Ipſa laxitas præterea potiusquam debilitas hanc propoſitionem ſuffulcire videtur.

Addunt compreſsis arteriis circulationem non modo non retardari, ſed potius augeri, quemadmodum fluminum aquæ, quarum minor eſt curſus ubi alvus eſt largior, & contra major ubi ſtrictior. Sed hæc non æqua eſt analogia: neque enim circulatio hydroſtaticæ tantum legibus perficitur; in flumine enim eadem eſſet humorum quantitas, hic minime. Porro adſtricto alicubi vaſe admittenda eſt minor ſanguinis copia; cum enim in vaſe minore major ſit relative ad ſanguinem affrictus, ideo pars vis receptæ aboletur, præter aliam rationem, qua minor arteria minorem exerit vim. Sed arteria præ-

ter-

ternaturaliter affecta muneri proprio recte obeundo par non eſt. Præterea cum hæc compreſsio non ſit æqualis, & irregulare ſæpe efficiat (de ſtruma duriſsima, oſteomamatoſa &c. loquor), vaſis lumen, circulatio rite haud peragitur. Obſervatur poſtremo minor celeritas in ramis, quam in truncis, in ſurculis, quam in ramis, quam imminuunt minor ſanguinis quantitas, & minor arteriarum contractio, minor abhinc ſanguinis expulſio, minor vis tunicarum, & major attritus. Igitur ea vaſorum moles, quæ, Bertrandio Celeber. adnotante, cum glandula ipſa creſcit, non eſt ab impedito ſanguinis circuitu, quin imo ab eo quammaxime citato.

Sed neque ſanguinis quantitas, a qua humores omnes provenire ſcimus, prætermittenda eſt, ubi rite conſideretur ſecretio. Noſcimus enim a ſolidis debilitatis, immutatis, a digeſtione prava, ab imperfecta chilificatione neque ſanguinem ipſum inſontem evadere. Hoc autem ſuſpenſa vix admittatur minerva, ne in errores labamur, quos infinita humoriſtarum cohors fuit amplexa. Animadvertendum interim voraciores pueros hoc morbo ocyus tentari, & fœdius teneri. Revera debilitati ſolidorum *directæ* conducit ipſa mala digeſtio ex qualitate ipſorum ciborum, qui penes hos ruſticos peſsimæ omnino

ſunt indolis. Hanc cauſſam optime jam adduxit laudatus Bertrandi aſſerendo itidem eo tunc temporis evolvi penitius ſtrumam, quo jam pueri mandere incipiunt. Maſticatione quapropter non rite perfecta, alimenta parum ſubiguntur a debili cæteroquin ventriculo; inde pravi etiam producuntur humores nutriendo rite corpori numquam apti.

Struma, & cretinismus hæreditarius præter alios a Clariſsimo Fodéré *Eſſais ſur le goïtre*, *& le crétinage* dicitur; hoc autem in his ſaltem Provinciis dici nequit. Ubi revera nati fuerint, & in Italiam translati, non tentantur morbo, neque imbecillis cretinismus illum invehere tentat, quem ſinu ſuo recepit ridentiſsima pulcherrimæ regionum planities. Adde etiam ſtrumoſos, & cretinos, qui ad illam perrexerint plagam, inter alia amæniſsimæ regionis dona illud ſanitatis recipere, ut & monſtruoſo ſæpe ſæpius liberentur morbo. Hoc quidem raro, quia remota eſt ab iis locis, (de Styriis, & Carynthiis loquor) Italia; quia pauperrimi ſunt hi ruſtici, quia patria tecta ſuperſtitioſe colunt, & uſus; quia pares habent innumeros, ut imminuatur peculiaris morbi fæditas, aliis interea, uti Helveti, pretioſum hoc monile adamantibus, Si igitur erumpit morbus, id eſt a tot cauſsis eruendus, quas poſt-

poſthac erimus expoſituri. Viget utique laxitas generalis, quæ prædiſponens eſt, ſed hæc tollitur ab apta vivendi methodo; interea ſciendum eos fere numquam vix ortos præſeferre cretinismi, & ſtrumæ rudimenta, & ſimptomata; hæc autem evolvi a tot cauſsis accidentalibus. Revera obſervarunt Medici & Chirurgi Styriæ, Carynthiæ, & Tyrolis, cum quibus locutus ſum, pueros, vel & eos tantummodo invadere morbum, qui diu hic permanſerint: Chirurgum profecto ipſum mihi videre contigit, qui huc ab alia regione demiſſus ſtrumæ jamjam incipientis primordia geſtiebat, quam incaſſum ſudariolo arcte circumligato compeſcere tentabat. Adverſatur autem mihi Mittermayerus, qui in Tyrolenſi Comitatu Bünsgenſium ſtrumas perpulchre deſcripſit, aſſerens: „ *In tractu Büinsgenſi nemo naſcitur, ac vivit, qui non hac labe inficiatur adeo, ut advenis vel proficiſcentibus ſtructura elegantiori præditis vitio ab iis incolis vertatur, ac ſi membro ab iis pro elegatiori habito deſtituerentur: & ſi quandoque naſcitur infans ſine monſtruoſo hujusmodi tumore, pro imperfecto habent; ac aram, Deumque venerantur argenteis, vel aureis ad ſimilitudinem efformatis ſtrumis ſacra loca exornando, precibusque impenſe fuſis hoc decus eximium pro recens nato exorant, quod etiam facile aſſequuntur; cum diæta illorum ſatis ſufficiens ſit in progreſſu ad*

 ejus-

ejuſmodi ſtrumas excitandas. „ Vereor tamen ne hæc poetice potius, quam hiſtorice fuerint dicta, præſertim, quod nunc non ſic ſe habere mihi fuerit traditum; vel etiam ne relationibus, quamquam Kufſteinio - Tyrolenſis, potius faverit, quam propria obſervatione hæc ſuffulciverit; etenim juvenis adhuc diſſertatiunculam illam Erfordiæ ſub Fiſcheri præſidio conſcripſit absque eo, quod medicinam tunc temporis calluiſſet. Relationes interim quantum Medicos, præcipue ubi relatores Medici non fuerint, fallant ſat docet, & teſtis eſt Medicina ipſa, quæ contradictoriis, & inſipidis coinquinatur obſervationibus; ſed & infantili parum ſtudent ætati, inde morbi eos invadentes non curantur, neque animadvertuntur eorundem primordia præſertim a nutricibus, & obſtetricibus imbecillibus. Concedam tamen hoc in nonnullis illius regionis inſecutum fuiſſe, quamquam hisce temporibus res longe aliter ſe habeat; hoc verum nil probaret niſi morbum connatum illis eſſe potiusquam hæreditarium, vel etſi talem, tamen ab unica regionis mutatione removendum ita, ut mater in Italiam translata filios non ſtrumoſos pariat. Præterea obſtetrices, ut parentibus ſolentur, filios ſtruma laborare aſſerunt, etſi illa deficiat, vel & rudimenta conſpici teſtantur ſtrumæ, quæ dein fere certo apparitura erunt; præ-

terea

tereа vel per accidens, ſive ſporadice orta eſt; vel potius, alius, ac ſtruma, tumor fuit, vel ab ipſis obſtetricibus excitatus; ab his namque audacibus, & ignariſsimis fæminis omnia mala ſunt timenda, prout quotidiana doceor obſervatione. Interim ſciendum hoc in pago nonnullos reperiri, qui ſtruma, & cretinismo carent, & infantes nonniſi rariſsime, credo etiam numquam, ſtrumoſos enasci. Præterea licet hoc in pago ſtruma hæreditaria eſſet non tamen inde liquet rem tali ſe habere modo in aliis Tyrolenſis Comitatus oppidis, in Styriis, & Carynthiis, cum Medicorum, & Chirurgorum, cum quibus locutus ſum teſtimonium, aliter me cenſere cogat, & certitudinem moralem cuique bene ratiocinaturo pariat. Sed & omnes fere auctores Celebriores hanc endemicam, non hæreditariam admittunt. Idem ipſe Georgi Bemerkungen auf einer Reiſe im rußiſchen Reich im Jahre 1772. Th. 1. S. 38. in Sibiria invenit aſſerendo „ keiner aber wird damit (cum ſtruma) gebohren, ſondern es findet ſich nach dem Waſſertrinken, welches vermuthlich ſehr ſelenitiſch iſt. La Borde Clariſsimus in eximio opere *Tableaux Topographiques, pittoresques, phyſiques, hiſtoriques, moraux, politiques, litteraires de la Suiſſe* T. 2. ait „ *Le Gouêtreux eux-mêmes ne deviennent tels, qu'à l'age de cinq à ſix ans.* „

Cha-

Charaz oppidum in Valleſia a ſuſpecto fon- te ſtrumas habet, & hac ratione nonnullus putat laborare Peruvianos prope Cordilleras, ſeu catenas Andium; Georgi, præter aliud exemplum, habet: „ Wenn dieſe Leute einige Wochen das Waſſer eines kleinen in die Anga bey Anginskoi fallenden Bächleins (Rutſchai) trinken, ſo vergehen die Kröpfe, wenn ſie nicht alt ſind. „ Sauſſurii Obſervatio *T.* 2. pro me certat, aſſerit namque Clariſsimus vir „ *Les étranger, qui viennent s'etablir dans le pays*, (quod tamen in Styria, Carynthia, & Tyrolo non omnimode verum eſt (*)) *ne la prennent jamais, mais leurs enfans y tout ſujets comme ceux des indigenes.* „ Eſt igitur morbus ab accidentalibus cauſsis omnino dependens, præſertim, cum ipſi huc profectorum pueri non ex nativitate morbo laborent, & alibi delati hoc non

(*) Hoc ab omnibus, cum quibus locutus ſum, Tyrolis, Styriæ, & Carynthiæ Medicis, & Chirurgis habui; quod monuerat jam Rodulphus Camerarius *Silloge memorabil. Medicinæ Cent.* 9. §. 69. aſſerens „ *Nec incolis id tantum illic natis vernaculum eſt vitium, ſed etiam advenis, qui ſi collo anſerino graciliore advenerint, & aliquot annis de his fontibus potaverint, guttura eorum, veluti taurorum colla, quibus palearia dependent, referre videbis.* „

non afficiantur; vel ab iis enaſcantur, quos nulla jam tentaverat prædiſpoſitio, aut hæreditaria labes. Cæterum fere ſemper morbus infantiæ finem, & initium pueritiæ ſalutat, interim dum cauſſæ quamplurimæ in ipſa juventute, & virilitate eum excitare valent. Quod poſtremo eſt inconcuſſum, id ad morbi variabilitatem ſpectat; ſiquidem in hoc etſi a ſanis parentibus orto poſt nonnullum vitæ curriculum ſtruma erumpit, illibato interea illo, quem enormis cretinismi, & ſtrumæ in parentibus aſſociatio monſtruoſum efficere debuiſſet.

Nunc eſt videndum an a lymphaticis vaſis oriatur morbus. Hæc vaſa vix cognita inculpata fuere uti omnium morborum cauſſa. Dii boni! Quid non agit novitatis amor, quo hallucinamur, &

. . . *forti jaculamur ævo*
Multa?

Hor. in Od.

Pluribus profecto conati ſunt argumentis hanc ſuffulcire opinionem; verum nos plura præteribimus vel quod ab aliis jam ſoluta, vel quod futilia. Dixere igitur 1. Eodem modo, quo hydrops, ſic & alias aquarum collectiones vel aliorum humorum enaſci ex actione vaſorum iſto-

rum

rum imminuta, aut deleta. 2. Communicationem plurima inter ſe lymphatica ſiſtere ita, ut morbus propinquarum partium, vel actio parti uni impertita, alii morbum adducere queat: „*Ex larynge revera* (Maſcagnii *Vaſorum lymphatic. humani corporis Hiſt. & Iconographia*), *ex parte inferiore pharyngis, ac ſuperiore glandulæ thyroideæ, vaſa lymphatica adeunt glandulas, quæ aut inter jugulares, & glandulam thyroideam, aut ſupra jugulares jacent, vel directe, vel ab iis prius trajectis glandulis, quæ cartilagini thyroidi, atque cricoidi accumbunt; cætera ab ima glandulæ thyroideæ ſede vel coadunantur in glandulas tracheæ ſuperne accumbentes, ut cum iis conſocientur, quæ ex pulmonibus in glandula juguli adveniunt.*„ Adducunt 3° Hewſonum Clariſsimum p. 54. plurima lymphatica vaſa noviſſe in hac glandula, & injecto aere in ejusdem cellulas, impulſoque inflata fuiſſe lymphatica. Præterea ſtruma præſente tumere alias glandulas lymphaticas, & præcipue infimi ventris, proindeque morbum generaliter ſumptum non conſtituere ægritudinem ſpecialem, nec aliunde a laxitate procedentem, vel a ſanguinis vi.

Ut allatis rite ſatisfaciam quæſtionibus animo perpendendum velim, thyroideæ glandulæ actionem nondum ſatis illuxiſſe, pro-

in-

indeque non tuto in lymphaticarum cenſu ponendam eſſe, cum aliæ lymphaticæ glandulæ non tanto irrorentur ſanguine, dein ſtructura penitior nonnihil ab iis differat, & poſtremo magnitudo, præter morbum huic peculiarem, longe ſpectabilior; ut idcirco ex eo, quod ignoretur ejusdem actio, non ſit ſtatim nonnullorum Anatomicorum more ad eam claſſem repoſitorii loco collocanda. Jam vero extemplo ad objectiones.

1. Hydrops rariſsime ortum habet ab inactione vaſorum lymphaticorum, quin imo auſim dicere numquam. Si nos interim huic elucubrandæ propoſitioni ſatis erimus, illud erit oppido revocandum quoad ſtrumæ efformationem, ejusque cauſſam. Ut tamen certiore incedamus greſſu communia tantum his morbis deferemus. Vaſa lymphatica numquam morbo laborant proprio, proindeque ab actione nuspiam deſiſtunt, vis enim inſita eſt illis numquam vivente corpore peritura; qua in re ſuperant actionem vaſorum ſanguineorum, arteriæ namque, & venæ a quantitate, qualitate nutritionis male habent, & a pathematibus animi mutantur, ut circulatio fere ſuſpendatur præſertim in ultimis ramis. Sed lymphaticorum excitabilitas, quam male, præter alios, Schregerus irritabilitatem credidit, eo etiam exporrigitur, ut juribus mor-

mortis deroget, quandoquidem in cadavere ipſo, & nullis ſtimulis excitabili corde, & muſculis aliis omnibus, non peſſumdatur eorundem actio, vel ſaltem non dubia abſorptionis proferunt teſtimonia; atque hanc actionem, quæ longe ſe habet ab irritabilitate, animadvertere non ceſſarunt aliqui in ipſo hydropico cadavere, quod tamen rariſsime fuit obſervandum, cum jam repleta vaſa novam vetuerint abſorptionem. Sed & tumores aquei poſt mortem valde imminuti non demonſtrant fortaſſe ſummam abſorbendi efficaciam? Hoc interim ſimul patefacit hydropem eſſe ſecretionem: cum enim poſt mortem ab actione ceſſaverint arteriæ, certum eſt nullum amplius ſecerni humorem; vaſa tamen lymphatica illum abſorbent. Sed ſi hunc abſorbent animale jamdiu mortuo, proculdubio non ceſſavere ab abſorptionis munere eo vivente; cum autem major fuerit ſecretio, quam abſorptio, ideo remanſit tumor, vel aquæ collectio tumorem faciens, qui poſt mortem evaſit ceſſante ſecretione, ſuperſtite tamen abſorptione. Vaſa hæc ſunt contractilia; at humor in corpore generatus eam exerere nequit irritationem, ut abſorptio non inſequatur, niſi humor propter moram inſigniſſimam fuerit adeptus irritationis vim; tunc enim contrahi fortaſſe poſſent eorum oſtiola eo propemodum modo, quo Schregerus, eo-

run-

rundem irritabilitatem probare contendens, ope ſcalpelli, & olei vitrioli ea tandem contraxit; quæ tamen contractio toti celluloſæ convenit. Vidit præterea Celeberrimus Maſcagnius lymphatica omnia in ſano corpore colorem præſeferre humoris illius, cujus partem abſorpſerant; ſic etiam flaveſcentia ad hæpar ob abſorptam bilem, quam inteſtina irritare nemo ibit inficias, &c. Hoc autem demonſtrat lymphatica vaſa non contrahi ab humoribus, quos natura ſubegit, quin & illos ſemper abſorberi a vaſis iſtis, ut proin Schregerus ſapientia nimium ea habuerit dum aſſerit, quod: „ *orificia lymphatica quadam in ſeligendis ac comparandis ſibi humoribus cura, atque ſagacitate uti videantur.* „ Sed quod magis eſt, ad abſorptionem humorum extravaſatorum pertinet. Equidem in hydrope laudatus Maſcagnius, & alii obſervarunt vaſa lymphatica humore illo repleri, quo conficitur hydrops.

Sic & Joannes Gottlob Haaſe Clariſsimus *De vaſis cutis, & inteſtinorum abſorbentibus &c. cum iconibus Sect. 1. C. 1.* expertus eſt vaſa hydropicorum lymphatica aptiora eſſe ad injectiones eo, quod ſint ſumme dilatata. „ *Omnium*, ſic ait, *præſtant hydropica cadavera. Equidem ſcio in quibusdam eorum viſcera varia, hæpar nimirum, lienem, uterum, pancre-*

cre-

creasque obſtructa eſſe ita, ut quæ per has partes tranſeunt, & ab iis ad plexum vel majorem truncum colliguntur, ea quidem cum duriore viſceris parte unita, progreſſum injecti mercurii non admittebant longius; aſt ex eadem ipſa cauſſa artuum inferiorum, & ſuperiorum a lympha reſorpta dilatantur. „ Igitur etiam in hydrope vaſa lymphatica ab eorum miniſterio non ceſſant, ſi ea turgere viderunt, quod ego etiam ſæpe obſervavi, quid? quod idem Haaſe in aſciticis rumpi aſſerat: „ *Dilatari enim* (*Sect.* 1. *C.* 4. habet) *ea poſſe imo rumpi prorſus*, *ſi*, *veluti in obſtructo viſcere limpido lymphatico latici obex ponatur*, *ipſa eorum fabrica quemque docet*, *& ſeri in hydropicis effuſio comprobat;* „ quam tamen rupturam lymphaticorum voluiſſem, ut facto demonſtraret. Quod autem admirationem movet, eſt, Haaſe ipſum dixiſſe ea non absorbere in hydrope, & melicerides, & hydatides ab hac deduxiſſe, interim dum ipſo in loco ſibi ipſi quodammodo contradiceret, aſſerendo, „ *propter nimiam copiam cellulas*, *& folliculos diſtendunt*, (humores contenti) *& ſæpe ſpiſſeſcunt.* „ Hoc tamen ſæpe natum fatebor a confuſione orta penes illos, qui recte non diſtinxerint abſorptionem lymphaticorum a vectione humorum in lymphaticis contentorum. Poſtremo argumentum ab ipſo allatum in paragrapho, hydropi, velut *re-*

ſorptio-

ſorptionis impeditæ ſimptomati demonſtrando dicato ſic habet. „ *Qui eo morbo affectus parco utitur potu, is tum eam ob cauſſam, quoniam pabulum ei non ſubminiſtrat, & ſeri impetuoſam effuſionem impedit, tum etiam, quia hic humor extra vaſa hærens facile rurſus inhalari poteſt, bene ſibi conſulit; & apud Monròum eorum extant exempla, qui, cum a multo potu, quantum potuerunt, ſibi temperaſſent, morbo facile liberati ſunt.* „ Quæro igitur annon ex ipſius verbis pateat morbum in majore ſecretione potius conſiſtere, quam in impedita abſorptione? Annon demonſtrat hydropem potius eſſe effectum ſecretionis adauctæ, quam (*Sect.* 11. titulus) *reſorptionis, impeditæ ſimptoma?* Addendum tamen me, etiamſi hanc ſententiam tuentem, credere, poſſe lymphatica niſi ceſſare ab actione, ſaltem decreſcere; quod in aliquibus certe caſibus eſt admittendum.

Sed & variolarum pus, principia contagii, morbi venerei, hydrophobici, cancroſi &c. aliaque omnia miasmata ſic dicta certo abſorbentur, ea tamen licet corpori infenſiſſima lymphaticis nequidem excitandis ſunt paria. Iterum quocirca cum aliis Clariſsimus Bernardus Amadeus. Schregerus in ipſa diſſertatione *De vas: lymph. irritab.* erravit aſſerendo „ *Quod ſi igitur talis eſt ablati humoris natura, quæ ſuavitate ſua vaſorum fines*

ad

ad ſe appetendum alliciat atque invitet, eo ſtatim dirigetur omnis canalium niſus, ut amico ſibi hoſpite potiantur. Accedente autem moleſto, & injucundo ſtimulo motus illis antea dictis contrarii orientur, & fere tales, quibus guſtata, vel primis labris nauſeoſa materia deglutionis inſtrumenta agitantur, quo evomendi molimine excitato, vaſa quidquid tædioſi, & adverſi ipſis imminet, reſpuant, & a ſe repellant. Videtur etiam accidere interdum, ut ſtimulo, præprimis ſi atrocitatis, & virulentiæ admixtum aliquid habet, adeo perturbetur orificiorum vitalis ille vigor, ut ſpasmodicis conſtrictionibus urgenti moleſtiæ ſe ſubducere, & ita cavere annitantur, ne alieni quicquam vaſa introgrediatur. ,, Sed & magnitudo particularum ipſa abſorptionem lymphaticorum non vetat, niſi ob moram arenulæ, vel corpuſcula oſculis lymphaticorum majora fuerint reddita: nam præter dicta exempla obſervavit idem Accuratiſsimus Maſcagnius lymphatica eo ſanguine repleta, quem vulnus thoraci inflictum effuderat in in hoc cavo; rupta ſplenica vena a lapſu abdominalia vaſa (lymphatica) tumebant ſanguine ipſo. Sic & Præclariſsimus Cruikshank in peritonei, & inteſtinorum inflammatione, vidit vaſa lymphatica ſanguine, lympha diluto, plena. Ecchymoſes, vibices exanthemata, & ſpeciatim protheiformis urticata febris, tumores etiam duriſsimi horum nonni-

ſi

ſi ſubſidio tolluntur. Si igitur hæc omnia abſorbentur, & ſanguis ipſe, a quo ipſa oſſa deveniunt, cur ab actione deſiſtent hic loci lymphatica, dum quilibet humor oſſeæ ſubſtantiæ craſsitiem non offerat. Porro in teterrimo illo morbo, in quo oſſa ceræ ad inſtar molleſiunt, nonne ipſa ſubſtantia oſſea ſecedit, ut flexilia dein evadant? Audeo majora. Cretinismus & rachitis, qui morbi, uti Ackermannus opinatur, a conſimili cauſſa ortum habent ab humiditate videlicet, & defectu exin phosphorici acidi, præbent oſſa admodum volumine creſcentia, & dein facile muſculis cedentia; ſed hæc (ſi vera omnino eſſet) nonne a transvecta oſsium terra deducenda eſt, qua poſtea deficiente flexibilitatem etiam adipiſcantur? Morbi profecto hi ſæpiſsime non a nativitate habentur. Mora autem iterum dico fieri poſſe concretiones nullimode abſorbendas, ſed hoc rariſsime, cum ſcirrhoſa ſimul concrementa apprime reſoluta ſat tuto indicent ab officio fere numquam deſiſtere.

Cauſſam revera abſorptionis perennem eſſe omnimode arbitror, eamque attractionem puto, ſaltem quoad primam abſorptionem, non autem ad lymphæ curſum quemadmodum nonnulli non recte opinati ſunt, qui lymphatica tubis capillaribus omnino ſimilia

cre-

crediderunt. Interim abſorptio numquam inſequeretur, ſi unica irritabilitas vaſis iſtis fuiſſet conceſſa; hæc enim vis motui tantum lymphæ coadjuvaret, non autem primam promoveret abſorptionem; quin imo contractio oſtiolorum eam protinus impediret. Plura de attractione, & de actione vaſorum lymphaticorum non irritabilium (*) adnectere poſſem, ſed hæc a propoſito diſtant, inde relinquenda; illud tamen exagitandum remaneret: num excreti aliqui humorum attractionem adeo inter ſeſe manifeſtent, ut ab oſtiolis lymphaticorum attrahi nequeant? Hoc certe: huc revera conferendi viſcidiſsimi nonnulli humores, qui non abſorbentur, vel ſaltem raro; in his enim attractio inter ſe ſumma eſt, ut difficile admodum vis lymphaticorum attrahens, hanc particularum co-

(*) Scheldon Clarmus. ſe vidiſſe aſſerit in equo ductum thoracicum, cujus ſecunda membrana muſcularis erat. Sed quanam ratione ea muſcularis eſt? Ob colorem, ob denſitatem, ob ſtructuram, ob contractionem? Minime, hæ enim proprietates cellulari ipſi vaſorum conveniunt. Cæterum ob magnitudinem canalis fortaſsis natura cavit (quemadmodum in vena cava prope cor) præter valvularum officium, ope muſcularium fibrarum ii obſtaculo ſuperando, quod poſitio perpendicularis, & ſanguinis reſiſtentia, in quem ſe deplere debuiſſet, adduxiſſet.

cohæſionem ſuperare poſsit; ſuperatur tamen ubi reſolventia, incidentia, uti ſalia media, oppido propinata fuerint, quæ hanc humorum renitentiam imminuunt, ut dein aptiores reſorptioni reddantur. Sed vaſa lymphatica non ceſſant ab actione ſua, attrahunt enim continuo eos humores, quos etiam abſorberent, niſi obex illis quodammodo apponeretur a majori inter ſe humorum attractione reſumendus. Legem hanc univerſim regnantem demonſtravit Newton, cur non erit in corpore? in pulcherrimo ſapientiæ divinæ opere? Hujus porro vi corpus creſcit, ac vivit; hæc eſt vera corporum omnium moderatrix, & rectrix, & minimas loco particulas tenens hac deficiente actutum a ſe invicem diſſoluturas.

Tantæ molis erat moriturum *condere* corpus!

ut & ipſum iis regi debuiſſet legibus, quibus aſtra, & nobiliſsima quæque alia corpora obtemperant, æternum, ſi fata velint, obtemperatura!

Hæc ſat abunde oſtendunt, hydropem non enaſci ex proprio vaſorum lymphaticorum morbo, & proin ſtrumam ipſam; inde eſt, ut ab excernentibus vaſis derivetur. Et re quidem vera jam alibi probavimus hydropem

eſſe ſecretionem ratione, & obſervationibus ſuffulti. Quapropter ne inconſulto præbeatur fides Nuckio, aliisque, qui lymphatica vaſa rumpi aſſeruerunt, & hac ratione, vel ex hydatidibus ruptis hydropem enaſci retulerunt. Eæ ſunt hallucinationes, quas bono receperunt animo Phyſiologorum, & Practicorum plurimi credentes a vaſis lymphaticis liquidas omnes concretiones oriri, iisdemque ſubſcribentes, quod neſciverint aliunde phænomenon explicare, vel attenti non fuerint in hydropis cauſſas, & primordia; cum alioquin certo ſciamus compactiſsimas eſſe eorum tunicas, easque nec rumpi quidem a graviſsimo mercurii pondere, quod longe ſuperat vim attractionis, & actionis eorundem a contractilitate ortæ, & a valvulis ſuſtentæ. Hæc dein extravaſatio quamquam adeſſet, numquam diverſorum adeo humorum genitrix eſſet futura, & præcipue in ſtruma, in qua obſervavimus protheiformes extare concretiones, quas nonniſi ſecretio multiplex, & mora ipſa perfecit. Tumoris quidem augmentum videretur ab impedita lymphaticorum actione deducendum: ſiquidem plus abſorbent lymphatica naturaliter, quam ſecernant arteriæ, quod ab experimento aquæ in abdomine canis injectæ absque inſequente hydrope videretur eſſe tuto deſumendum. At quid præternaturali-

ter

ter ſecernant jam monuimus in initio; cum a die uno aut altero redeat morbus, ut ſexagies repetitæ paracentheſis exempla habeamus in ſcriptis medicis. Sed hoc naturaliter etiam fieri eſt admittendum. Nonne in cataractæ operatione, per extirpationem præcipue, aqueus ſæpe plurimus effluit humor vix a nonnullis minutis reparandus? Abſorbere igitur potius credo perpetuo hæc vaſa, tamen in morbo ſecerni liquida majori quantitate ab arteriis, quam quæ abſorbeantur a lymphaticis. Ad evidentiam, ſic reor, hæc opinio demonſtratur ab hydropum nonnullarum conſideratione, qui a plurimis annis jam invaluere. Si enim ceſsiſſent ab abſorptione lymphatica, quomodo humor tanto tempore remanſiſſet absque corruptione? An ob defectum contactus cum atmosphæra? Minime; cum ipſe aer a ſtagnantibus humoribus evolvatur, præſertim ſi ab annis ſtagnaverit humor: profecto urina, aliique humores in ſacculis contenti indubia ob moram prætulere putredinis, & alkaleſcentiæ ſigna, ſaltem ubi ad atmosphæræ contactum perveniſſent; attamen poſt annos, quibus hydrope laboraverant ægri, extracta ope paracentheſis aqua, non una vice vidi illam lucentem, lympidam, neque odore pravo pollentem. Abſorbent profecto omnes alios humores, & acria ſic dicta, & ceſſabunt ab ab-

ſorptione innocentis lymphæ? Hoc provido miniſterio oculi humores, aliique recrementitii limpidiſsimi ſervantur, & a minima ad corruptionem tendentia remoti. Hydrops, quem a mœſtitia enatum affert Clarmus Fabre, & ſubita lætitia curatum, nil aliud demonſtrare pergit niſi, aucta in excitante pathemate vaſorum lymphaticorum efficacia, citius alibi fuiſſe eos humores delatos, quos in ſtatu atoniæ excreverant arteriæ; at, quod magis, id eſt, ſcilicet in lætitia mutationem in ultimis vaſculis extitiſſe, & excitabilitate aucta laxitatem pororum inorganicorum ablatam fuiſſe, & ceſſaſſe a præternaturali officio, a lugubri miniſterio; interim dum abſorbentia lymphatica eum de more attraxerint, & excitabilitate aucta citius alibi devexerint, & abinde hydropem diſpulerint. Profecto actio lymphaticis impertita celeriorem tantum circulum perficere poſſet, nundum autem primam, uti ſuperius monuimus, abſorptionem promovere; hinc roborantia in hydrope ea ratione propinantur, ut atoniam tollant, vel imminuant; ut ultimæ arteriolæ, & ſecretorii abinde pori laxitatem, debilitatem exuant; utque vaſis lymphaticis, quoad curſum, non quoad abſorptionem facilitas porrigatur, & alacritas; niſi laxitatis oſtiolorum lymphaticorum ablationem admittere velimus, quæ tamen laxitas conjecturam

re-

redolet obſervatione, & ratione non ſuffulciendam.

Porro (ut redeamus ad ſanationem hydropis lætitiæ medio) vaſa hæc, uti omnes corporis partes, nervorum influxum ſentiunt, qui iis maxime opitulatur: at hic ſemper adeſt (quamquam imminui poſsit), etſi pars non ſentiens fuerit, quemadmodum in initio monuimus; præſentia ſiquidem nervorum, licet non ſentientium, valdopere in machina ipſa conficit. Sufflaminari igitur numquam credam hanc actionem, augeri attamen poſſe pro certo habeo, quemadmodum exemplo Clarmi Fabre, aliiſque oppido elucefcit (*). Hinc eorum actio ab excitantibus animi pathematibus augetur (**); augetur actio tamen ſolidorum

(*) Ne tamen nimium concedatur actioni nervoſæ, quemadmodum Schreger, nam irritantium etiam humorum abſorptio, hæc nil irritabilia, parum contractilia demonſtrat. Præterea quomodo præter alios morbos explicari poſſet cloroticarum ad hydropem diſpoſitio, niſi morbus hic a laxitate pororum ſecernentium haberi vellet?

(**) A timore cutis univerſæ, & ulcerum exſiccatio; deduxere nonnulli hac ratione in ſedativis animi pathematibus, uti timor eſt, augeri abſorptionem; hinc vulnera exſiccari. Hoc tamen alia lege habetur: remanet quidem abſorbentium vis, qua,

dorum ipſorum, & arteriolarum; ut proinde ſtrumoſos, ſcrophuloſos, quos ex tactu Regum Galliæ, & Angliæ, & celebri effato *Rex te tangit*, *Deus te ſanat* ſanatos certiſsime retulerunt, & legali teſtimonio firmati, ii non ab impotenti Regum actione, & verbis ſanitatem habuerint, ſed a ſpe & lætitia; quæ animi commotiones quanti ſint ad corpus excitandum ratione, & obſervationibus locupletiſsime habet S. A. D. Tiſſot *Mal. des nerfs*. Non diſsimili ratione Tiſſerandus, Gaslerus, aliique circulatores a nonnullis morbos eos aliquando pellebant, qui in ipſos confidentiſsime ſperarent.

Sed

quod erat ſecretum, alibi transfertur; at exhalantia vaſa, a quibus omnes habentur humores ab actione ceſſant; hinc nullo novo ſecreto liquido exſiccatur pars, cum ſuperſit aliorum vaſorum inhalantium actio. „ *In puero, qui, cum ſcarlatina decumberet, hydrope ſcroti erat affectus vidi vomitum ſponte ortum una nocte ſcroti œdema reſolviſſe, &, cum reſorpta cerebrum petere viſa eſſent, cathar-ctica ægro opem tuliſſe.* „ Sic Clarmus Haaſe *de vaſis cutis, & inteſtinorum cum iconibus*; verum annon orto vomitu ceſſavit potius humoris ſcroti œdema conficientis ſecretio; cum certo ſciamus vomitu præſente cutanea vaſcula coarctari, hinc cutem areſcere &c. ....

Sed & ipſum hydropem ab atonia ſemper procedentem quis credat? Circulationem namque adauctam, quemadmodum concretiones, ſecretionesque alias, & ſtrumam ipſam, generare hydropem novimus, & præcipue hydrothoracem, quo in cavo caſsiora vaſa, & circulationem vividiorem adeſſe comperimus; acutos revera vidi hydropes, quos Celeberrimum Frank repetitis tantum venæ ſectionibus, & refrigerantibus tuto admodum expuliſſe miratus ſum. Conſimilia Immortalis Stoll, aliique habent.

Graviditate præſente, eo videlicet tempore, quo abundantiſsime congeritur ſanguis facilia pedum ædemata. Sic & a catameniorum præſertim ceſſatione hydrops inferiorum artuum ſæpe procedit; & eriſypelacei quid in initio ſemper obſervatur, & curatur ſæpe v. s.; furunculi hinc illinc obſervantur, vel & varia erumpunt exanthemata: fluor albus etiam manifeſtatur, qui niſi inflammationem, ſaltem conatum ad ipſam præſefert. Præterea cloroſis ipſa, quæ a ſuppreſsione menſium ſæpe provenit, & cum ipſa vix non ſemper incedit, ſtatus eſt, in quo inflammationes ſunt facillimæ, licet doloſæ, & ardue admodum agnoſcendæ; latuit ſæpe malum absque eo, quod extus ulla comparuerint ſigna. Quamoptime proin monuit laudatus

Eques

Eques de Brambilla in Celeb. *Trattato del Flemmone* T. 1. C. 6. „ *Naſce un fenomeno*, ſic habet, *curioſo in queſti temperamenti, i quali quantonque in iſtato ſano non ſiano plettorici, lo diventano ſubito, che vengono attaccati da certe malattie.* „ (*)

Cæ-

(*) Cur hydrops præſertim a catameniorum ſuppreſſione ortus a pedibus incipit? An quia ſint partes a corde remotæ? Clarmus Criſtianus Amad. Damiani penes Cel. Baldinger *Collect.* licet rationes non adducat, hoc tamen in cauſſa eſſe credit. Non tamen ab hac unica cauſſa œdema pedum oriri videtur; manus enim a corde remotæ deberent œdemate affici, & planta & digiti pedum, quod tamen rariſsime obſervatur. A laxitate proin, & inertia partis, ob motus præcipue defectum repetendum eſt ædema tam facile illarum pedibus increſcens. Occupat profecto œdema numquam muſculoſas partes, ſed laxam tantummodo celluloſam, quemadmodum in collo pedis venit obſervanda: poſitio etiam perpendicularis ſimul cum quiete valde conficit ad retardandum venoſi ſanguinis curſum, prout venarum tumor oſtendit: interim dum eadem poſitione videtur nonnihil augeri ſaltem in minimis ſurculis arterioſis, in quibus ex impulſionis vi fit, ſanguinis circulus. Cum igitur arterioſus ſanguis nihil actionis deperdat, & contra venæ admodum turgeſcant, coguntur hinc illinc lateralia

Cæterum notatu illud quammaxime dignum eſt, quod analogiam inter ſtrumam, & hydropem conſtituit: laxitatem videlicet adeſſe ſolidorum, interim dum vel derivatione ſanguinis (quam nondum ſatis illuſtrarunt Medici), vel laxitate, & dilatatione pororum inorganicorum, vel prava, quæcumque ea fuerit, humorum qualitate, quantitate, vel circulatione adaucta ſecretiones habentur majores. Animadvertitur reapſe in initio ſtrumæ,

ostiola ſecretoria, & liquidum majori quantitate deponitur eo, quod ſolida facillime cedant; ob poſitionem horyzontalem venoſus ſanguis facilius alibi deferri poteſt, & tunc ablata reſiſtentia non ſecernitur magna adeo liquidi quantitas, licet non ſemper: quemadmodum vidit Cel. Stollius in Noſocomio Vindobonenſi; hac profecto ratione Ill. Baro de Quarin a tumore venarum hydropem oriri aſſerit. Sed aliquando vaſa lymphatica comprimuntur, & tunc liquor ſecretus non poteſt alibi deferri; quod tamen in gravidis ob uterum diſtentum accidit non autem in ſimpliciter cloroticis: ab abſceſſu propterea in axilla œdema brachii vidit Illmus Conſil. Io. Pet. Frank. Sed potior ratio eſt ab impedita uterinorum vaſorum depletione (de cloroticis loquor cum catameniorum ſuppreſsione), ut proin crurali arteriæ demandetur ſanguis, qui per uterum exire debuiſſet: creſcit inde ſanguinis copia, quæ inferiores magis proluit partes; hinc arteriæ magis ſecernunt.

-mæ, & hydropis ſpeciatim pulſus ſæpe duriuſculus, & alia aliquando excitabilitabilitatis adauctæ ſimptomata, ut neque extra aliam fuiſſet phlœbotomiam inſtituere, licet laxitatis adfuiſſent ſigna; quam tamen vetare non ceſſavit præconcepta de hydrope generali, & tutiſsima (uti credunt) cauſſa. Animadvertendum, quæſo, diſtinctioni laxitatis a debilitate, quæ toties nutanti medicorum oculo fucum imponit: animadvertant ſuppreſsioni, aut oppreſsioni virium; animadvertant ſimptomatibus primis, quæ longe differunt ab iis, quæ morbus diu extitus procreat. Animadvertant denique temperamentis, & cauſsis, & plura nova recollecturos ſpero circa diverſitatem curandi hydropem in initio, vel in proceſſu morbi; ut læthalitatem ejusdem nonniſi ab iſtis præter conſimiles circumſtantias omiſsis deducere audeam in provecto præſertim morbo. Debilitas directa, vel indirecta curæ mutationem adducere omnimode pergit, ut non raro excitabilitatem imminuere pro augendo, conſopire pro ciendo oporteat.

Quoad 2. Objectionem non inficior „*concurrere thyroideæ lymphatica cum illis, quæ e pulmonibus deveniunt ad glandulas adplicitas pone ſternomaſtoideum, ſternohyoideum, & hyothyroideum muſculum etiam cum altero trunco-*

rum,

rum, qui ex glandulis in venæ jugularis diviſione locatis ortum ducens, per muſculum ſternohyoideum deſcendens in glandulam ipſo in jugulo ſitam ſe conjecerat, a qua provenit.,, Maſcagni *Op. C.*, non inficior, inquam, quin imo cum ipſo Celebriore vaſorum lymphaticorum historico plenis aſſentio votis. At ex eo, quod hic generalis conſenſus, & anaſtomoſis adſit, annon ad morborum communicationem eſt inferendum? non ſic autumo.

Ex omnibus humani corporis cavis, a corporis peripheria, hinc inde etiam in intimioribus, & compactioribus viſceribus, & præcipue inter cellulas membranæ adipoſæ enaſcuntur exiguiſsimis radiculis vaſcula hæc, & invicem anaſtomoſes ineunt in glandulis frequentiſsimas, ut proin quæ ab una parte humorem advexerant, laticem ſuum impertiantur, communicent aliis aliunde devenientibus. At ea remotius ſemper ab ipſa origine humorem devehunt, ut tandem illum in venas ſæpiſsime ſubclavias eructent. Eſt igitur ſurculorum cum ramis, ramorum cum truncis ejusdem generis vaſorum communicatio, & hac lege liquoris devectio; non enim trunci liquorem largiuntur ramis, rami ſurculis: hoc enim numquam accidit, licet nonnulla lymphatica poſtquam cum trunco coaluerint, ab eo recedant; lymphaticum revera

vas

vas ſi ex pede ortum habuerit nonniſi ad dictas venas finem habet. neque alio ſe evacuat. Proinde patet, etiamſi humor a parte alia deveniat, & huic immiſceatur, iterum non redire ad partem, a qua venerit, vel alibi diſperdi; impendiunt enim hoc, & valvulæ ſæpæ ſæpius in hujusmodi vaſis effuſæ præter naturæ leges, obſervationes, & rationem ipſam a novo abſorpto liquido terga prioris comprimente deſumptam. Porro Cel. Darwinii ingenioſiſsima theoria circa retrogradum vaſorum lymphaticorum motum, plus admiranda eſt, quam amplectenda: & ſi quid veriſimilitudinis habet, eam tantum adipiſcitur in nonnullorum ſimptomatum agonem concomitantium explicatione: ubi ſcilicet cæca adhucdum in errores duceretur phyſiologia. Quapropter curſum legunt humores in lymphaticis contenti, ac ſanguis venoſus, vel non ſecus ac fontes & rivi, qui proprias demittunt in flumine aquas, a flumine ad mare deferendas. Si quis igitur partium conſenſus viget, is aliis omnino mediis eſt eruendus, niſi eluceſceret clarius Darwinianum ſiſtema.

Comperias præterea, velim, lymphatica non ſimul omnia in ipſa glandula confundi, quod vidi in exactiſsimis Anatomici ſummi Antonii Scarpa injectionibus; hinc nonnulla

ſo-

ſolitaria circumvolvi, & dein plurima glandulam tantummodo ſuperſcandere; idcirco humori delato non ſemper objicem opponi, licet morbo teneantur, obſtruanturque lymphaticorum nonnulla: deficiente quapropter in aliquibus mutuo hoc commercio, hac etiam ratione labes aliis impertita lymphaticis nuspiam omnes inficiet. Quod ſi autem humor licet etherogeneus (afferunt namque infarcta a pravo ex. gr. pulmonis, hæſophagi glandula vetari curſum lymphæ ab alia glandula in hanc devenientis, ſiquidem obſtructa eſt illis via), & irritans fuerit ab illis abſorptus, ut proin non irritaverit eorundem oſtiola in prima abſorptione, neque vaſa ipſa irritabit in eorum decurſu præſertim ad conſtrictionem usque, proindeque non ſufflaminabitur circulus in aliis lymphaticis; quod etiamſi accideret numquam tamen humor partis unius ad aliam deferretur ope vaſorum eorundem. Præterea ea condita ſunt ratione, & diviſa lymphatica vaſa, ut humorem ab aliis delatum reciproce communicent; hac proin ratione liquidior redditur, qui ſpiſsior erat, & ſincerus, qui viroſi quid habere potuiſſet. Lympha in his glandulis nova ſecernitur, quæ duplicem finem prorſus exequi pergit; diluit enim aliam lympham, & auxiliatur curſui illius contra gravitatis etiam leges peragendo: interim dum humores huc

de-

delati veneficum, ſi vis, vel irritans deperdunt quamprimum fuerint cum aliis mixti, quos innocens adhuc ſuppeditaverat pars. Penitiores interea de morboſis lymphaticis glandulis ſectiones demonſtrant fere ſemper eadem remanere lymphaticornm lumina, etſi glandula craſsior fuerit. Eſt enim tumor hic a ſanguine potius dependens ad glandulas delato; hinc in pueris majores lymphaticæ glandulæ lymphaticæ, & rubellæ ea etiam cauſſa, ut novus ſcilicet humor ab arteriis ſecernentibus numeroſiores, vel ſaltem abundantiores habent fontes, qui revera ea ratione opulentiſsime habetur in ætate tenella. Hydatides hinc rupta quis dicet, vel dilatata lymphatica vaſa? Quod magis attendendum, eſt, laborare glandulas lymphaticas morbis, & inflammatione ipſa absque eo, quod aliquando imminuatur, vel tollatur lymphatici humoris tranſitus in glandula ipſa. Notum eſt omnia vel fere omnia pedis, cruris, coxendicis lymphatica in inguinales glandulas ſeſe demittere, ut, ſi conſonum veritati eſſet quod oppoſitores aſſerunt, debuiſſent, vel pedes, vel crura, vel fœmora tumere. At quoties ego vidi in bubone ipſo venereo ad eas partes acriter inflammato, eroſo, ulcerato artus inferiores neque indicium tumoris dediſſe. Hæc adeo vera ſunt ut nullus exiſtat dubitationi locus, maxime quod conti-

nua

nua experientia unicuique pateant. Si autem quis recte inſtet, poſſe impedire hoc in loco lymphæ transmiſsionem absque ejusdem effuſione, ego iterum reponam, cur igitur velint a lymphaticis oriri ſtrumam, & hydropem, dum lympha non extravaſatur? Non renuam tamen poſſe impediri tranſitum lymphæ per lymphaticas glandulas præſertim, ubi eæ ſtringoſæ fuerint, prout accidit in tabe mœſenterica ipſa, in nonnullis hydropis ſpeciebus, aliisque morbis; vel ubi intumuerint quemadmodum in ſcirrhis, in inflammatione glandularum ipſarum, & ſic porro; hæc verum a compreſsione ſunt deducenda, quam exercent in vaſa lymphatica alia vaſa ſanguinea, vel & celluloſa contracta, vel partes præternaturales finitimæ. Rudis profecto mechanicus audit, qui a liquorum craſſitie obſtructionem lymphaticorum deducit, cum jam ſupra monuerimus perennem eſſe horum actionem, ut ſanguinem ipſum humorum omnium craſsiorem obſorbeant, demittant. Mora quidem aſſeruimus craſsiores reddi humores, vel plus ab homogeneis particulis attrahi, quam ab oſtiolis lymphaticorum, ſed ex eo, quod nequeant abſorberi, neque lymphatica obſtruent. Summo hoc conſilio natura lymphaticorum oſcula minima fecit, ut quæ ſemel fuiſſent abſorpta totum abſolvere potuiſſent curſum longe ab obſtruc-

tionis

tionis periculo. Profecto ſi obſtructio eſſet in lymphaticis ipſis, quomodo explicare pergerent ablatas lymphaticorum obſtructiones? Vaſa jam latice plena novo latici abſorbendo imparia evaderent ob incumbentem, & reſiſtentem liquorem: contra vero quamprimum naturalis fuerit ipſi glandulæ moles, & compages reddita, ea vaſa ad munus redeunt. Præterea a Maſcagnio ultra glandulas ipſas viſus eſt humor hydropem faciens, ut proin neque in hydrope ſufflaminetur lymphaticorum actio.

Neque huc ſatis; nam omnia thyroideæ lymphatica non communicant cum una, eademque lymphaticorum ſerie, quod non ſine magno naturæ conſilio in aliis etiam partibus ſtatutum, & actum eſt; lymphatica ſcilicet cum lymphaticis, & ſanguinea cum ſanguineis vaſis ſæpe ſæpius ſimul anaſtomoſes ineunt. Hinc ubi aliqua glandula fuerit morbo correpta, & actio lymphaticorum ad eas partes impedita, ſuppetias ferunt alia ejusdem vaſcula ad alia loca decurrentia. Profecto plura ſiniſtrorſum in thoracico ductu ſeſe exonerant, interea dum dextrorſum alia ad augulum ſubclaviæ, & jugularis internæ ſeſe exhauriunt; alia alias juguli glandulas, ſuperiores videlicet, inferiores, & laterales petunt, ut proin feraciſsima proſtet horum lym-

lymphaticorum anaſtomoſis. Demum etiamſi admittatur impediri abſorptionem; an inde habebuntur ſigna certa adauctæ ſecretionis & augmenti, ut in glandula thyroidea infarcta globuli ipſam efformantes ſint naturali majores Morgagnio obſervante? An illa inflammationis in tota glandula, in facie ipſa ante ſtrumæ efformationem, vel ipſa incipiente? An humores adeo diverſi? An ſanguis ipſe extravaſatus? An concretiones cujuscumque generis, ut præter alios, cyſtides cartilagineo velamento firmatas viderit Hallerus, effuſumque ſabulum: gypſum, cocleas, cornua, pilos Andreas Laurentius *de Mir. Str. Sanandi vi ſolis Gall. Reg. divinitus conceſſa*; oſſea concrementa Janus Plancus *de Monſtris*; albam, calloſam pinguedinem, arenas tophaceas (præter ipſos aliquando vermes) Vercellonius? & glandulam ipſam in pultem, in lardum degenerem, materiam ſemiconcreto humano ſtercori ſimillimam, fœtentem Morgagnius? An ſarcomatoſi tumores? Certum eſt etiamſi redux eſſet humor nihil horum inſequi poſſe; præſertim vero eorum, quæ nutritionem &, incrementum glandulæ ipſius ineluctabiliter probant.

3. Quoad Hewſonii obſervationes, quas ex parte Alouette Clarmus jam inſtituerat, licet Magnum virum magni faciam, eas at-

 tamen

tamen non admittam, cum ſæpe viderim exactiſsimas glandulæ hujus injectiones absque eo, quod obſervarentur numeroſa adeo lymphatica vaſa; quæ profecto injectiones cum iis Celeberrimi Maſcagnii conveniunt, quibus addere arduum eſt. Aerem interim novas ſibi facere vias comperimus; neque ex tumente ob injectum aerem glandula, plurima dari lymphatica eſt deducendum. Erronea eſt inductio, & nullimode amplectenda prout illæ erant, quas Nuckius projectabat. Reapſe vis magna in injectione impenſa, fluidi ſubtiliſsimi intruſio, laxa glandulæ compages, vaſaque poſt mortem debiliora novum hinc illinc dare, promovere potuerunt iter. Crepuerunt profecto Alouettio aerem impellente acini Halleriani. Sed etiamſi innumera in hac glandula lymphatica animadverterentur, illud tantum probare contenderent, quod pro me pugnat; cum ſit enim major abſorbentium quantitas, nullimode haberi poſſet ſtruma, niſi præternaturalis, & abundantiſsima haberetur ſecretio, cum debuiſſet ſemper humor a rupto etiam vaſe lymphatico promanans ab aliis iterum, quibus ſcateret lymphaticis, abſorberi. (*)

Tu-

(*) Vaſa lymphatica magis abſorbent quamprimum pars fuerit exulcerata. Sic virus varioloſum, hy-

Tumorem quod attinet glandularum mœſeraicarum, is cum ſtruma non eſt, niſi raro

---

drophobicum, aliaque reſciſſa cute celerius abſorbentur. Si ab irritabilitate dependeret abſorptio, hic certe nulla eſſet; quandoquidem ob lacerationem partium, & ſanguinem huc magis determinatum, a quo irritabilitatis vis, quæcumque ea fuerit, augetur, debuiſſent irritabiliſsima omnino lymphaticorum oſtia ſe contrahere, & impedimenta offerre abſorptioni. Cum autem ex lege attractionis illud ſit explicandum, videtur denſius virus facilius abſorberi poſſe in cute exulcerata, quam in calloſa fere cute, ubi nonnulla jam obliterata vaſa inhalantia; ſiquidem, & fortaſsis oſtiolum illud lymphaticorum, quod grandius in ulcerata parte admitto, non rejici videtur, cum hac ratione fortaſsis non abſorbeatur ſupra cutem, & maxime ſupra calloſam cutem, & vaſa abſorbentia diametro creſcant quo magis ab origine decedunt. Interim abſorbetur virus cum animali materia, cui jungitur: videtur enim non agere virus, niſi animali materiæ fuerit junctum. Præterea facilior redditur hæc abſorptio ob moram, quæ ſupra cutem raro obtinet; præſertim ob actionem athmosphœræ, & caloris animantium, quibus facilius vel rapitur, vel difflatur quidquid corpori applicitur. Poſtremo ob moram jungitur humori a parte ſecreto, qui fortaſſe viſciditatem, qua pollebat, ſolvit, ut attrahi queat a vaſis inhalantibus; hinc ſimptomata abſorpti virus non tam cito manifeſtantur (etſi & ipſius pars po-

animadvertendus. Quod ſi veteres, & nonnulli inſimul neotericorum illum admiſerint a confuſione tantum hujus morbi cum ſcrophulis derivandum eſt. Has enim ſtrumas vocavere; quid? quod Mauchart ſtrumas vocaverit tumores in æſophago; tumores maxillarum, & hæpatis Blancardus; tumorem brachii Schenckius; coxæ Benivenius; tumorem ſupra ventriculum ſtrumam ſtomachi dixit Frankenau; tumores in toto corpore diſperſos ſtrumas nuncupaverit Pechlinus; & Nicolaus Fontanus in *Reſp. & Cur. Strum.*; ſtrumas vocitet tumores in toto abdomine, thorace, circa pulmones, & collum in homine inventos, qui ab ipſis ſuffocatus obiit. Scrophulæ autem cum hisce procedunt, licet Diemerbroeckius *Anat. L. 1. C. 7.* aliique obſervaverint ſcrophulas ipſas cum iis infimi ventris non inceſsiſſe.

Profecto ſcrophulæ, & ſtruma invicem non confundendæ, quin imo tales proſtant inter ſtrumam, & ſcrophulas differentiæ, ut ne

tuiſſet jam abſorpta eſſe.) Cum novo interim animantis humore aggregatum virus abſorbetur, cum quo veluti cum fido comite, vel ac ſi larvatus, intima admirandæ fabricæ penetralia tutius ingredi licet.

ne dubium quidem remaneat circa diverſam horum morborum naturam; præter alias, ſequentes adponere juvabit. 1. Simptomata præcedentia, & concomitantia eadem non ſunt præcipue, quod affectiones infimi ventris concomitentur ſcrophulas, non autem ſtrumas. 2. Struma eſt morbus localis nullum alium, niſi a compreſsione oriundum progignens (*). 3. A pubertate tolluntur ſcro-

(*) Strumoſi optime aliquando ſe habent præſertim, ubi morbus fuerit ſporadicus; quosque progignit morbos, ii nonniſi a partium vicinarum compreſsione, & diſtractione ſunt repetendi. Hinc ſimpliciter ſtrumoſi ſi obœſitate mentis laborant, a jugularium compreſsione fere ſemper id habetur, cum & educatione prava. Interim vidi horribiliter ſtrumoſos, quorum ſtruma ad pubem perveniebat, (Mittermayerus vidit Bünsgenſes usque ad genua, & iconem dedit,) ut potuerint eodem modo, ac Lappones fœminæ mammas, retrorſum ſuper armos eam demittere, qui vero optime ſe habebant, ita tamen, ut qui duriori, compactiori laborarent ſtruma, majori etiam animæ ſegnitie defædarentur, quam qui molliori. Bonetus *Sepulcr. L.* 4. *Sect.* 2. vicinas glandulas nil paſſas fuiſſe memorat, & ego, & alii ſæpe vidimus. Barbette obſervavit præter alios ſalivalem interdum glandulam vel ſuperiorem, vel inferiorem infarctam fuiſſe; ſed hoc etiam a compreſſione vaſorum, vel partis ipſius oriri potuit, & ir-

ſcrophulæ, minime autem ſtrumæ. 4. Struma inſontes non relinquit juvenes ac viros, quos raro invadunt ſcrophulæ. 5. Redeunt in ſenibus ſcrophulæ, minime autem ſtrumæ. 6. Cuilibet, fere dicam, venit ſtruma, ſi ea in regione is habitaverit, ea fuerit uſus diæta, qua ſtrumoſi fruuntur; ſcrophulæ neutiquam. 7. Scrophulæ locis quibuslibet non parcunt, & civiliores, delicatiores, optima etiam diæta paſtos, graciliores adoriuntur; ſtruma ruſticos, etſi aliquando fortes, licet laxos, & male paſtos tantum defœdare audet. 8. Strumæ ſunt horribiliter endemicæ, epidemicæ etiam memorante Brehmio in *Diſſert. de ſtruma*, numquam autem vel rariſsime, & adeo generaliter ſcrophulæ. 9. Struma cum imbecillitate mentis, & cretinismo procedit, ſcrophulæ vero ſæpe cum acutie. 10. Rachytis ſæpe invadit ſcrophuloſos cum extenuatione artuum, & peculiari in oſsium morbos ten-

ritatione, vel diſtractione partium. Interea affectiones iſtæ poſſunt cum ſtruma procedere quamquam non ab eadem proveniant; ſed quod magis, ipſe confudit ſcrophulas cum ſtrumis, inde non fidendum relationi. Calliſen monuit morbum aliquando localem eſſe, aliquando genii ſcrophuloſi; ſed ego credo potius accidentaliter ſtrumam cum ſcrophulis oriri poſſe, quam genii ſcrophuloſi eſſe, vel tunc ſtrumam ſpuriam eſſe.

tendentia, dum ſtruma eas partes omnino relinquit: vidi revera rariſsimam in his Provinciis rachytidem. 11. Ab iisdem cauſsis non ſemper procedit morbus, & cura differt: revera mercurius pro ſcrophulis ſpecificum audit, & alumen, & vitrioli acidum, uti Bellius; contra ab alumine, & vitrioli acido potius ſtrumas generari videbimus; & mercurius niſi damnoſus, uti Gibbs, Favre experti ſunt, ſaltem inutilis ſit; quamquam Clarmus Hamilton eum in ſtruma laudaverit in Beobachtungen über die Skrofelnkrankheit, & Bell in ſtruma incipiente (*). Contra ſpongia optima eſt in ſtruma, in ſcrophulis vero ir-

(*) Oportet omnino ſtrumas a tumoribus vicinis diſcriminare. Hac animadverſione in mentem revocata proruunt plurimæ circa ſtrumas ſic dictas contradictoriæ obſervationes; in nonnullos quapropter tumores prope glandulam thyroideam non inficior mercurium egiſſe, ſed in ſtrumam ipſam valdopere dubito; interim ſi mercurius egiſſe dicitur, eſt a confuſione jam numerata ſtrumarum cum ſcrophulis, vel & tumorum prope glandulam thyroideam, vel alios in toto etiam corpore diffuſos. Profecto quis crederet veras fuiſſe ſtrumas eas, quas Zacutus Luſitanus *de Med. Princ. Hiſt. L.* 1. *hiſt.* 83. contagioſas refert; vel eas, quas Theophilus de Bordeu a nutrice in puerum, & e puero ad nutricem propagari vidit?

irrite propinatur. 12. Scrophulæ ſæpe ſuppurant, ſtruma raro. 13. Struma non eſt verus morbus hæreditarius, cum mutato cœlo, & cibis abeat, vel neque appareat: e contrario ſcrophulæ hæreditariæ ſint, & mutata regione, victu præſentes. 14. Denique quia cum Willmeri obſervationibus raro ſtrumas cum ſcrophulis aſſociatas vidi.

Cum igitur ſtruma longe a ſcrophulis differat ſat clare videndum extat glandularum meſæraicarum affectiones ſcrophulis, aut aliis morbis proprias tantum eſſe, non autem ſtrumæ, qui morbus eſt ſolitarius. Addendum tamen morbum hunc nonnumquam in ſtrumoſis animadverti; cum ob relaxationem partium, viciniam & actionem arteriæ carotidis, ſummam in pueris, haberi queat etiam glandularum colli tumor; ſed videtur etiam ſpeciem tumoris illius nonnihil a veris ſcrophulis differre.

Obſervandum poſtremo eſt ſimptomata plurima peculiaria tantum eſſe vero cretino, nonnulla ſtrumoſo: alia interim illi, quam uterque morbus premit, quorum ſpectabilis numerus his in regionibus non deeſt.

Satis eſſem aliis adducendis contra hanc opinionem circa lymphatica vaſa; abundantiſsi-

tiſsimam namque ſuppetunt frugem Clariſsimorum virorum, & nonnulla propria obſervata. Ea tamen ne limites transgrediar, reticebo. Satis profecto eſſe autumo paucis iisque firmis rem ſuffulcire argumentis, quam inani fortaſſe facundia, plurima a dictis eruenda indigitare, commonſtrare: cæterum hæc ad dilucidandam meam opinionem erant neceſſario adponenda; ſi paucis enim plurima complecti voluiſſem, mihi accidiſſet, quod Horatio evenit de ſe ipſo dicenti

. . . . . *dum brevis eſſe laboro*
Obſcurus fio.

Hor.

Jam vero devehimur ad eas cauſſas conſiderandas, quæ laxitatem ſolidorum promovere, vel & ſanguinem ad ea loca magis determinare queant; & quidem prius ad parentes. Jam dixi morbum non eſſe hæreditarium, neque argumenta defecere; cum tollatur unica regionis mutatione; cum illos non adoriatur, qui eam reliquerint ante morbi ortum; cum advenis hic loci perſtantibus, & incolis non parcat ægritudo, ſi ea vivendi methodo fuerint uſi, ac indigenorum plurimi &c. Attamen fatendum eſt aliquid filiis in labem a parentibus impertiri: neque enim ſtupidus bubo generoſum Jovis alitem erit

ge-

generaturus. Latet quapropter prædiſpoſitio ad morbum, quæ tamen manifeſtari haud auderet, niſi anſam exporrigerent plurimæ hic loci vigentes cauſſæ, in pauperibus neceſſariæ.

Graviditate præſente non deſiſtunt a graviorum numerum functione matres inopia coercitæ, quod ærumnoſum fœtui ipſi ſæpe fuiſſe ſcio. Partus autem ipſe, ſi obſtetricis auxilio fuerit neceſſum, quomodo ſit inſecuturus, ii dignoſcent, qui animo craſsiſsimæ earum ignorantiæ adverterint. Grates tamen conſultiſsimæ reddantur naturæ, quæ quo defecerint ſalutis media, eo minorem adnexuit eorum neceſsitatem.

Educatio alia eſt morbi cauſſa. Sub judice lis eſt, an natura magis, vel educatio in corpus, & ſpiritum agant. Quocumque tamen ferar, ſemper certo conſtitutum remanebit, plurimi in quolibet vitæ genere faciendam eſſe educationem; prout eum ſaltem naturæ compedem, qui adhuc rudes ejus motus, vel dirigere, vel excitare, vel obtundere queat. Parum a brutis differremus, niſi invaluiſſet morum cultura; penes hos monticolas ea fere nulla. Quid revera expectabis a matre (alii namque labori committuntur, vel incultiſsimi educationem, qua ipſi omni-

omnino carent inſtituere nequeunt) jam inculta, quæ tota die, ut panis fruſtulum ſibi lucretur, opus perficere tentat? A matre, inquam, quæ paucisſimis edendis verbis eſt par? Quæ nullis geſticulationibus animi motus patefacit (*)? Quæque ſomniculoſa totam

(*) Summum illud fuit naturæ conſilium, ut infantes committeremur fœminarum curæ; verboſisſimæ namque matres, & nutrices continuo ad loquendum excitant infantes, & ab officio hoc non deſiſtunt ob amorem, quo parvulos proſequuntur; eadem centies, millies patientisſime repetita de die exagitant, ut tandem eloqui ediſcamus. Geſticulationes dein, & animi affectus, ſaltem quoad externa, ediſcimus, ut profecto mentis ipſius evolutio plurimum a nutrice dependeat. Animadvertendum eſt Tyrolis partem, quæ Italiam conſpectat, prout viris ſtrumoſis & cretinis, ſic etiam puerulis fatuis minus donari; ibi namque nutrices, & matres vividiores ſunt: idcirco oculis, geſtibus, voce jam aſſueſcunt filii iis evocandis, quæ deſiderium excitant. Incaſſum propterea aliis Tyrolenſibus ruſticis, Carynthiis, & Styriis diceret Virgilius

Incipe parve puer riſu cognoſcere matrem.

Nam & ipſi neque matrem aliquando noſcunt, riſu autem rarisſime, cum tetra pòtius, lurida, & flebili facie, quam ridenti deſignentur; ac ſi in matre malorum fontem interpretarentur. Profecto quo magis ab Italia deferimur ſeptemtrionem petentes,

tam fere lucem præter tenebroſas horas Morpheo dicat? Vidi revera vel ipſis incunabulis adnixam dormire, neç non ſtertere matrem, quam expergefacere non poterat ſtridentiſsimus infantis luctus; vel automatis ad intar muſsitare nonnulla verba. Sed & illi fletus nonne infantem ad ſtrumam prædiſponent, vel jam prædiſpoſitum nonne perficere poterunt? Summa poſtremo ſpurcities viget, & inobſervantia parentum quoad cibos, quoad uſus, quoad habitus in prolem ipſam, quam inobſervantiam progignit ex parte paupertas, fovet ignavia.

Porro nutritio infantibus conceſſa hic loci prava morbos potius, quam ſanitatem, & debilitatem potius, quam robur pollicetur. Nullus in humano corpore humor eſt, qui a ciborum qualitate magis lacte ipſo dependeat; ex pravis igitur cibis pravum lac in nutrice. At quod habeatur caſeoſa fere ſemper in ſtruma materies, & concretio, non a pravo lacte illuc delato referam. Fuit error hic aliquando penes medicos Gallos, ut lymphaticos, vel lactiformes colore liquores

eo minus elucet in facie animus, eo major auſteritas viget, ut absque criminis nota novi furti occaſio Promætheo ſæpe adſtaret.

res a lacte ipſo devio derivarent: quod tamen nunc optime norunt, dum eæ effuſiones in viris æque ac in fœminis habeantur (*). Interim hic loci ante annum pueris ingerunt alimenta paſtacea, quæ quanti ſint ad debilitatem ventriculi, & ſolidorum generandam, jam ſupra monuimus.

Caſtaneæ Tyrolenſibus præcipue abundantiſsimæ, eorum appetitum excitant; hinc ſæpe parvuli catervatim ſub his arboribus confluunt, quarum fructus ſaxis petunt, ut & immaturæ ſæpe caſtaneæ, licet ægrius, humi decidant; nec ſatis eſt, nam ipſi adulti ſub arboribus cum infantibus, & pueris largiter crudas adhuc comedunt, quemadmodum Bourrit Clariſsimus in Valleſia obſervavit. Has magna copia devorant, & cum aliis dividunt. Iis coctis farcimina parantur, quo alienigenis male viſa, eo indigenis accepta. Quæ in Styria, & Carynthia ſuccreſcunt arbores, eæ tanta non gaudent, ac Tyrolen-
ſes,

(*) Color albeſcentis lymphaticæ materiæ, illi, quæ in inflammationibus ſecernitur non abſimilis, annon demonſtrare pergit in ſtruma inflammationem præceſsiſſe præſertim, quod in inflammationibus minoribus habeatur major hujus lymphatici liquidi quantitas?

ſes, fœcunditate; unde ſatis non ſunt explendæ indigenorum gulæ: hinc ex Tyrolo ipſo eas afferunt, ubi viliſsimo veniunt prætio. Quid ab hisce expectandum, præcipue crudis, ſæpe immaturis, magna copia ingeſtis, jam norunt Pathologi. Energiam videlicet inteſtinorum imminutam iri ex quantitate cibi, & aere evoluto; interea dum non innocens earum ſuccus humores non admodum laudabiles præparare, conficere poteſt. Sed videtur inſignioris nonnihil cominus moliri hanc nimiam crudarum caſtanearum ingeſtionem; ſiquidem ſemper obſervavi in hujusmodi puerulis puſtulas in collo, in vultu, & cruſtas, in capillata capitis parte erumpentes, quas pediculorum hoſpitabantur agmina. Videtur proin eodem tempore, quo debilitas viſcerum chilopojœticorum habetur, determinari majori quantitate humores ad caput, ut neque abſurdum ſit opinari, ſtrumam ipſam promoveri poſſe. Opinionem hanc ſuffulcire videtur obſervatio loci; quo enim major caſtanearum quantitas, uti in Tyrolo, eo major, & generalior morbus. Cæterum etiam in planitie hæc nimia caſtanearum ingeſtio niſi ſtrumas, ſaltem tumores abdominis, & obſtructiones, antiquitus dictas, cum molis incremento, & expulſiones cutaneas procreant.

Par-

Partem alimentorum ſuaviorem, & uſitatiorem præbent porci, ut aſsiduum fartori incumbat munus. Hujusmodi quapropter altilia ſollicite ſaginant. Carnem hanc vel peſsime aſſant, aut elixant, vel diu ſic remanſuram improprie, & duriſsime infumant. Utcumque tamen ſe habeat præparationis modus, ea ſemper duritiem præ ſe fert prope ligneam, prout incoctam. Infumata autem, præcipue ſuilla, caro a debili jam ventriculo nundum recte ſubigitur, idcirco digeſtio labefactatur, & ad obſtructiones proni redduntur. Hinc miror Cullenium aſſeruiſſe omnibus iis, qui ab hac non abhorrent optimum ſiſtere alimentum; & digeſtu facile, præcipue, quod ipſe aſſerat Scotis nullimode juvare, quin imo ab hac male habere. Athleticum ſibi vult ventriculum caro hæc, præſertim ubi non bene cocta fuerit, & magna quantitate ingeratur. Porro differunt ipſæ ſuum carnes ab aquis, ab alimentis, a climate &c. Sic in Italia ſapidiſsimas has guſtavi carnes, quas deſiderio tantum ſum perſecutus in Germania, in Hungaria, & in hisce Provinciis. Pravior autem redditur alimentum hocce ex ea ratione; quod ſcilicet ex eorum modo cenſu ſues ii mactatu ſumantur, qui ſumma obvolvuntur pinguedine. Hilæ, inſiciæ etiam, vel farcimina ſuilla carne conficiuntur, quæ digeſtu admodum

ſunt

ſunt difficilia eo, quia deficientibus aromatibus, & impuro indito ſale male parentur, vel nimia pinguedine conficiantur. Quæ de ſue, ſic de vervece dicenda. Non deficit tamen bubula, & vitulina caro, quæ tamen quo pinguior, eo acceptior. In genere igitur carnes male præparatæ, ut dentibus ſubagi, maſticari nullomodo poſsint, & nimis pingues habentur, ut nec optimi haberi queant humores ab iis cibis eruendi. Adeps revera, qui nimia prorſus quantitate ingeritur, plethoram progignere valet, a qua ſtrumam ipſam cieri poſſe non dubitarem. Hinc licet magna ex parte ſumptum oleum, ſive animale, ſive vegetabile, alimentum conſtituat, quod Cullenius ipſe optime demonſtrat, ac proinde naturæ maxime conſentaneum ſit, ut absque obæſitatis vitio ingeri largiter queat; licet in carnivoris, & omnivoris, uti homo, ſuccus gaſtricus (quemadmodum oſtenderunt Spectatiſsimi Carminati, Spallanzani, & Hunterus) magis in animalia agat, & idcirco in adipem; tamen certiſsimum eſt ab omnibus non recte ſubagi alimentum hoc, proindeque pronos ad cruditates ventriculi, ad ardorem ſtomachi, vel ſodam, ad cardialgias ipſas, ad debilitatem inteſtinorum, ad obſtructiones ſic dictas eos efficere, qui illo fuerint abuſi. Abuti verum hos ſæpe vidi, atque hoc declarat obſervatio unice a

juſcu-

juſculis deſumpta; hæc etenim liquefacta, fere dicam, tantum pinguedine conſtant ita, ut ſi frigeſcant, in pinguedinoſum, albicans, reſiſtens coagulum abeant. Non ſpernenda igitur eſt cauſſa hæc, quæ a Matthia Stänzigero loci Steinfeld Chirurgo inter primarias adponitur.

Si etiam vegetabili, quo utuntur, victui animadvertas, male valetudini famulantem eum deprehendes: lupinis ſiquidem, rapis, fabis, piſis, aliisque hujus cenſus leguminibus utuntur, quæ nutriunt quidem, ſed concoctu ſunt difficilia maxime, quod male parata; proin ructus, tormina, borborygmi, crepitus inſequuntur prægreſſa grandi aeris evolutione; obſtruitur alvus, & ſanguis in niſibus excretionis alvinæ, & ob diſtenta a flatu inteſtina ſuperius defertur.

Polygonum fagopyrum in uſu venit apud ejusmodi pauperes, licet aliæ etiam ſegetes colantur, & triticum ipſum; hoc verum lucrationis cauſſa venditur, vel heri tantummodo menſæ apponitur. Illud interim neque adeo nutriens eſt, neque ſanum hic loci, ſi conſideres id frigoris cauſſa, vel poſitionis aliquando incongruæ ad perfectam muturationem ægre devenire poſſe. Hinc in horrea, ſi quæ ſunt, demittitur raro rite exſiccatum,

ut ſæpius germinet. Hoc inter cauſſas ſtrumæ prædiſponentes haud inepte ponitur a Matthia Stänzigero. Animadvertendum præterea curculiones, & blattarum ſemina in fagopyro ipſo inveniri præter oleracei cujuslibet, & arenularum miſcelam; hinc pravius adhuc redditur alimentum eo, quod perfecte ab aliis immunditiis non ſecernatur. Addas etiam cortice granum hoc denſo donari, proindeque non recte ſatis deglubi, & farinam quidem confici, ſed magnam hujus partem ex alienis adminiculis conflari. Pollen etiam non ſemper a furfure ſecernitur, neque id rite, cum materiæ etherogeneæ ſabuloſæ, pulverulentæ ipſi intime permiſceantur. Libum ultimo, vel offa prægrandis conficitur, decoquiturque furno ſumme accenſo; hac proin ratione extus uſtus eſt panis, intus neque coctus. Chilum inde, ſi lubet aſſerere, pravum eſſe debere, luculenter patet, ubi alimenta tam infimæ notæ fuerint ingeſta: licet enim rite paretur fagopyrum corticis magna pars editur, quæ nullimode nutritioni favebit. Adde aquam ſæpe non admodum puram eſſe, nulla enim in his rebus eſt cura, & ſalem infimæ notæ, præter piſtorum, & fœminarum inſervientium incredibilem immunditiem.

Quoad

Quoad maturationis impoſsibilitatem attendas ſequentibus. Ubi frigus eſt ſummum æſtate brevi, certum eſt valde difficulter flaveſcere poſſe ariſtas. Hoc adnotaverat jam Sauſſurius in Valleſia, monens octava junii longe valde a maturatione fuiſſe meſſes, & ego initio Octobris animadverti fagopyrum non omnino maturum, & immaturas prorſus uvas. Ut coadjumentum maturationi, vel melius exſiccationi porrigatur, quid efficiunt, audias a Clariſsimo la Borde *Tableaux Topographiques &c. de la Suiſſe T. 1.*, qui idem, ac ego in his Provinciis, obſervavit. „ *A Diſentis aux ſource du Rhin on y recueille quelques ſeigles, qui ſe ſément à la fin de Maj, & ne ſont pas toujours mûrs à la fin de Septembre. Pour achever de les ſécher (de le mûrir à ce qu' ils diſent les habitans) on eſt dans l' uſage d' élever de hautes perches, qui ſont traverſées par d' autres perches, ſur lesquelles ſont ſuſpendues les petites gerbes, qui reſtent ainſi en plein air jusqu' au beſoin; ce ſont les gréniers du pays, ils ne ſont pas chers, de plus ils ont l' avantage de mettre les grains à l' abri des rats, & des ſouris.* „

Farcimina quamplurima male parata, nimium ingeſta, inter quæ Mittermayero prius monente offa farina, & axungia liquefacta conſtans, morbo nonnihil coadjuvare

queunt. Sic a pulte enatam refert ſtrumam Nicolaus Andry in *Orthopedia.* Caſeus, & butyrum magna quantitate ingeſtum plethoram promovet, hinc & ipſam ſtrumam, ubi prædiſpoſitio jam fuerit in thyroidæa glandula. Hæc revera cauſſa quamplurimum conficere videtur, cum Helveti, & alii populi, qui ſtrumis laborant, caſeo valdopere fruantur. Adde plurimum ſalis neceſſarium eſſe, ut caſeus inſipidus non ſit; hic autem infimæ notæ ſal, uti videbimus, habetur, & ad ſtrumas generandas valde aptus.

Inter cauſſas eſt vini optimi defectus, & peſsimi ingurgitatio. Vinum optimum, ſi alicubi fuerit neceſſarium, eſt in his regionibus, ubi incolæ, & morboſi laxitatis præ ſe ferunt, & debilitatis ſigna, ingeſtis aliunde cibis, quos toto, eoque irrito non raro molimine ſubigere vix valent digeſtionis vires; id vero deficit, neque ſpes id habendi fulget, cum paupertas hoc vetet; carent ideo medio ad præcavendam ſtrumam optimo; quod autem peſsimum illud ſit, quod in uſu venit, ſat aperte demonſtratur; nam immaturis collectis uvis vinum acidum, acerbum habetur; hinc excitat ructus acidiſsimos, dolores abdominis, cardialgias, quæ mihi ipſi accidere dum per has regiones iter inſtituiſſem; hinc digeſtionem potius pro coadjuvanda lædit.

Cer-

Certum eſt hæc ſimptomata ab illis non omnimode perſentiri, quia natura quibuslibet aſſueſcit; ſed ſecundaria corporis organa numquam remanebunt damni illius exſpertia, quod pravus pedetentim ſuperſtruxit uſus: idcirco eſt natura jam malo aſſueta, quæ malum non ſentit. Adde, quod tantummodo album ibi colatur vinum; hinc, prout experimenta docuere, longe minus corroborat, quam rubrum, licet illud vetuſtum fuerit. Acerbum id vinum ſatis comperui ex guſtu, & ex obſervatione: vidi enim eo tempore collegiſſe uvas, quo adhuc acerbiſsimus eſſet earum ſuccus, ut dentibus ſtuporem induceret illi limoniorum non impar. Æſtate revera brevi non perficitur ſuccus, & calor iis affatim maturandis non eſt ſufficiens. Præterea vidi collegiſſe racemos rubrarum uvarum, quæ analogo colore eos fortaſſe decœpere, nundum enim nigruerant. Scio apud Græcium, in Comitatu Cillejenſi, & Marburgenſi dari vina non deſpicienda; ſed eo etiam loci fructiferi animadvertuntur colles; & divitiæ regionis, venti afflantes, montium horridorum defectus, melius cœlum feliciorem pollicentur incolis ſortem: hinc ſtrumæ etiam minores. Afferunt tamen ad Superiorem Styriam ex ipſa Inferiore vinum, Marchwein; id autem boni nomen non meretur, cum ex infima fere claſſe aſſumatur. Hic præterea

non

non habentur apud pauperes niſi annua vina, quæ pauco adeo tempore acerbitatem non exuunt. Quod ſi non fieret, longe melius eſſet: nam temporis decurſu cruditatem amitterent præſertim, quod viginti, triginta, & amplius annis ea ſincera ſervari poſsint. Anni autem unius tempore fere ſemper nonnihil turbidum, vel ſaltem non omnino defæcatum remanet; ne autem turbidum bibatur conſuluerunt (malum eheu! conſilium) ſulphure uniri: revera limpideſcit quammaxime, & colorem præpulchrum aſſumit Calabrio vino albo haud abſimilem; at acorem non omnino amittit. Aliunde vereor omnino, an ſulphureum acidum quid in ſtruma conficienda poſsit; cum in ſale culinari id reperiatur, uti videbimus, qui inter ſtrumæ cauſſas eſt prorſus recenſendus. Hæc de vino dicta competunt tantum Carynthiæ, & Styriæ: Tyrolis namque, præſertim Italus ſic dictus, vinis etiam rubris optimis donatur. En igitur aliam Pathologo ſtrumæ cauſſam, quam ſervat inopia, & incongruum clima. In feſtis autem ſolemnibus ebriationes inauditæ ſuccedunt: inde eſt, ut, ipſi pejus ab his habeant, quod vino ſaltem generoſo non ſint aſſueti. Idem apud Helvetos venit obſervandum. Uſum hunc profecto recenſet Cel. Jo. Ja. Rouſſeau *T.* 1. *Helois. p.* 170. 185. *Neuchâtel, & Paris* 1764. *in* 12. *cum fig.*

dum

dum Heloiſæ amatorem ſic de iis alloquentem inducit. ,, *Je m' enyvrois donc par réconnoiſſance* (omnes namque vino obvolutos volunt): *& ne pouvant payer mon écot de ma bourſe, je la payois de ma raiſon.* ,, Poſt cænam vino, & cibis ſepulti veneri indulgent laxatis habenis. Hoc habui ab honeſtiſsimo homine, dum idem ab aliis, aliis in locis ſæpe audiverim, quemadmodum Bourrit de Helvetis loquens, idem audivit a ſacerdote illius regionis probo, inſtructoque: debilitas igitur a coitu, & ab ebriate inſequitur, præterquamquod ex conatibus in perficiendo coitu, quem nimia vini copia pro excitando retardat, uti monuimus ex Ovidii ipſius carminibus, determinatur ſanguis ad ea loca, & cretinismus, vel ſtruma ipſa ipſa excitatur, aut creſcit. At cum uſus hic revera penes hos monticulas vigeat, an aliquid in labem filiis demandatur a complexubus ebrioſorum ortis? Illud primo intuitu videretur admittendum; ſed non ſic ſe habere credo ex conſideratione morbi, qui hæreditarius non eſt, ex inutilibus, aut incongruis, vel imperfectis conatibus, & uſu alibi etiam communi.

At ſi uvæ perfectam non adipiſcuntur maturationem, neque alii etiam fructus: hic revera immaturi colliguntur. Maturationem vetare contendit ros ipſe antiquiſsimus Tyro-

li

li, infenſiſsimus (ex Adriatico mari, non ex nive ſupra montes ſita) Bacchi, Cereri, Pomonæ, & Vertumni donis. Fructibus tamen etſi immaturis indulgent puelli, & ſibi gaſtricos cient morbos, & debilitates viscerum præcipue inſimi ventris.

Deficiente nonnumquam vino, quod & in Carynthia non raro evenit, vel etiam absque hujus defectu in uſu venit cereviſia; magis quidem in Carynthia, ubi ex telluris genio, ſoli poſitione, æſtatis brevitate, & habitatorum pauperie parum vini, & habetur, & emitur. Hæc autem ubi non recte fuerit parata, vel infima confectum ſegete, aut non rite fermentaverit eo, quod nimium recens plurimis progignendis morbis eſt par. Obſervarunt reapſe Jacobus Ratſchiller Phyſicus circuli ſuperioris Carynthiæ in Villaco, & Matthias Stänziger, cum quibus locutus ſum, dyſenteriam epidemicam Clagenfurti, Villaci, Steinfeldii graſſantem non ab alia cauſſa, quam ab hac male præparata repetendam. Fit autem his in oppidis communis pauperibus cereviſia ex grano deteriore; a quo, juxta Accuratiſsimi Beccaria experimenta, ſaccharina materies lento non evolvitur proceſſu, vel pauca eſt. Tormina quocirca excitat, aliasque morboſas primarum viarum affectiones: hæmorroides etiam

pro-

progignit, nimiumque abdomen infarcit, ut ventre prætumidos viderim plurimos his in regionibus, tum etiam Vindobonæ; hoc autem nimium incraſſato nonne circulatio ipſa poterit detrimento corripi? Videtur hoc nullimode prætereundum, cum ſanguis in illis ſumma quantitate caput tentet, qui facie proin ruberrima donantur. Plethora abhinc, (nutrit enim quammaxime) proveniens nonne poterit adjumento ſtrumæ eſſe? Sed & cereviſiam male paratam, & recentem ſumme irritare monuimus; reveraque præter alios morbos, Lieutandio aſſerente, ſtranguriam producit, quin imo ſpuriam ipſam blennorrhœam. Scio utique Cullenium intempeſtive in hujus Celeberrimi obſervatoris ſcripta toto niſu irruentem hanc uti falſitatem notaſſe; ſed cum obſervationes innumeræ circa hoc adſint, futiles omnino, & evanidi Cullenii conatus ſunt exiſtimandi. Revera plures, etſi ſaniſsimi, a cereviſia fortiore ſtatim dyſuriam aliquando fortem patiuntur, quod & ego ſemper a cereviſia fortiore patior; præterea hic Vindobonæ retulit mihi Amicus Illuſtris Martinus Hueber ſe plures habuiſſe ægrotos blennorrhœa laborantes a cereviſia, cujus fermentatio fuerit impedita: in recenti ſiquidem non eſt evolutus adhucdum aer; in vetuſta nequidem, ſi contactus cum atmosphæra impediatur, & ermetice

in

in vaſis terreis fortiſsimis Plutzel claudatur, quæ certe plus aere fixo ſcatet. (*)

Aquæ impuræ hunc morbum progignere queunt, vel ſaltem huic adjumento eſſe: obſtructiones reapſe, vel melius tumores glandularum abdominis has cauſſare certum eſt. Hinc Jacobus Ratſchiller credit ſtrumas Villaci famulantes ortum ducere ab aquis nimium lateritiis tum a puteis cum a fluminibus (cingitur namque Villacus Dravo, & Geile) detractis, quæ revera ſedimentum deponunt, idque ſabulosum, lutoſumque. Hoc autem ſat tuto dignoſci quit, ſi vix extracta aqua per aliquod intervallum vaſi immorans relinquatur; non ſecus enim ac impurum lotium

(*) Miratus prorſus ſum Cullenium *Hiſt. de la matière Médicale* poſt recenſitos nonnullos Lieutaudii, cæterum Immortalis, errores dixiſſe „ *il n'y a enfin rien de plus remarquable, que, ce qu'il raconte de la bière, qui produit la ſtrangurie, & même une fauſſe gonorrhée.* „ præcipue, quod ne minimo quidem homuncioni hæc lateant; vel idcirco hujus omnino rei ignarus fuit Cullenius, & proin cur tam audacter in honoratam furit Umbram? vel ob invidiam, & livorem eo ſic furoris redactus eſt, ut mente captus, quid ipſe ſcriberet, neſciverit. Memorandum ineptis, vel audacibus Archilochis exemplum!

um ſedimentum in fundo vaſis, arenulam ſcilicet luto cænoſo commixtam deponit. Huic opinioni favent Præclariſsimi viri Tornielli, Matachini, & Tabuſi, ab hisce namque habui nonnullos in agro Novarienſi pagos morbo hoc coinquinari, quod eorundem coloni aqua fruantur limoſa, ſaburræve commixta. Andreas Laurentius *De mir. ſtr. &c.* Hiſpaniam ob impuras aquas ea deprehendi monet. Cardanus præter alios generalem ſtrumæ cauſſam a lacunalibus aquis derivat; & Hoffmannus ab aquis calcareis. At ne nimium tribuatur cauſſæ huic, interim dum ſciamus ex pelluciditate, & ſedimento deduci ſæpe non poſſe earum bonam, aut malam indolem (*), & contra nonnulli populi aquis non

(*) Hoc apprime affert Cel. Frank Medizíniſche Polizey Th. 3. S. 2. Kap. 1. von der Pflege des Trinkwaſſers, und Brunnen afferendo „ Hingegen kann man nicht ſagen, daß ein Waſſer um ſo viel geſünder ſeye, je weniger feſte Theile es in ſich enthalte: denn auch nach dem neueſten Verſuche des Herrn Thouvenet, geben die Wäſſer der größten Flüſſe in Frankreich nicht leicht mehr feſte Beſtandtheile als 1. oder 2. Grane auf das Pfund; und doch hat das Flußwaſſer nie dem um etwas ſchwereren Quellwaſſer an Güte gleichgeſetzt werden können. " Videatur etiam Zacchias Platnerus *De aq. font. ſalubr.*, & *Mem. de la Société R. de Méd.* 1777. 1778.

non puris utantur absque eo, quod ſtrumis ſaltem laborent.

Spiritus vini, qui magna ingeritur copia ab his monticulis, an hoc aliquid conficit quoad ſtrumam? Sic videtur, licet enim actutum valdopere excitet, momento poſt, ubi maxima fuerit copia ingeſtum, vel ubi vi ſpectabiliore polleat, in debilitatem dein conjicit; ut profecto hydrops, & morbi atonici acriores hujusmodi potatores fere ſemper recipiant. Hic autem non pocilla, ſed cyathi uſu veniunt, & quidem ſpiritus vini fere nil edulcorati. Admovetur igitur igni ſtipula, unde vel augetur morbus, vel confirmatur, vel enaſcitur; etenim ſpiritus vini caput valdopere tentat; revera memoravimus ex Mittermayero ipſo ſtrumas a potu ſpirituoſo, & uſu aromatum ſeſe exacerbantes; hinc eum capiti, & glandulæ huic infenſum eſſe ſat tuto liquet.

Salem etiam culinarem inculparunt Illuſtris Wisner, Phyſicus Circuli Judenburgenſis, Rathſchiller, & Stänziger prout ſtrumis procreandis parem. Hic ſal a mineris Salisburgi, & ex Hauſſée in Styria ſuperiori extrahitur, neque muriatici ſalis proprietatibus inſtruitur, ſed potius illis, quæ Glauberiano conveniunt. Verum eſt eum albidiſsimum

mum eſſe, ſed hæc proprietas, licet laudabilis, non omnino confert ad intimam ſalis naturam, & ſinceritatem tutandam; profecto ſal Hungariæ ſalſus omnino linguam affectat, neque amara reddit eſculenta, & juscula a die æſtatis præſertim tempore ſibi relicta, quemadmodum hic ſal. En quocirca aliam ſtrumæ cauſſam! Fulcimentum aſſertioni huic ſiſtere reor obſervationem ab origine ſtrumæ deſumptam: vidimus hanc pueritiæ tempore comparere, fere numquam prius, niſi illis, quæ primis menſibus manderint, vel qui dein cibis incongruis fuerint paſti; hinc opus eſt, ut adſit cauſſa peculiaris, cujus vi ea prorſus ætate morbus manifeſtari cogatur. Profecto jam retuli eam, ubi de paſtaceis alimentis ſermonem egerim, quibus obruitur tenellus adhuc infantis ventriculus. Sed hæc a pravo inſimul ſale eſt deſumenda; adjuvat enim maximopere muriaticus ſal alimentorum præcipue paſtaceorum coctioni. Non negaverim ab aliis cauſſis ſæpe ortum nanciſci morbum hunc, ſed ab hac etiam excitari, non omnino renuerem. Necquidquam objiciunt parvam adeo ſalis quantitatem morbo huic inſigniter progignendo parem non eſſe: nam primo quantitas materiæ in morbis progignendis parum eſt conſideranda; dein magna, relate ad alias regiones, quæ muriatico utuntur ſale, uſu

ve-

venit quantitas, cum hic ſal vix ſapida, vel ſalſa ea reddat alimenta, quibus inſpergitur; indeque ſuppetiæ ſint ferendæ ope quantitatis adauctæ. Interim vidi nonnullos, qui panis taleolos prodiga ſuperſeminabant manu, ut ideo non ſpernenda ſit ſalis quantitas, quam ingerunt ob vile etiam prætium. Perennem quapropter, & liberaliorem uſum quid in ſtruma conficienda poſſe opinor. Hoc quidem magis attendendum, quod Swietenii mentem non auſugerit; quandoquidem hic Illuſtriſsimus vir ſalutis Magiſtratui retulit, licet incaſſum, (quod ecaſtor! dolendum,) exulandum eſſe ſalem hunc, prout certum morborum, & præſertim ſtrumæ cauſſam, & cum vero ſale marino commutandum. Eſt revera muriatico indita ſali virtus ſumma, quæ ex certiſsimo eorundem Medicorum, & Chirurgorum, cum quibus locutus ſum, teſtimonio, vel morbus futurus impeditur, vel præſens expellitur. Sic aqua penes Seravallem in ditione Bononienſi, quemadmodum Maſini in *Bononia Illuſtrata* refert, ſedimentum relinquit ſalem marinum æmulans: quin imo analyſi ſubjecta aqua nil, niſi eum ſalem puriſsimum Clariſsimo Beccari referente præbet, uti Vallisneri *T.* 2. *Opere.* Hac autem aqua utuntur ruſtici illius loci, ut ſtrumam expellant, quod feliciſsime faciunt. Sed & muriaticum Barytis Huffelandii ſtrumas ex-

pel-

pellere opinor, quod acido marino polleat. Quomodo autem ſal ille ſtrumam progignere poſſet adhuc eſt in latebris; neque me cauſſam detexiſſe crediderim, ſi inanem jaculatur fuerim opinionem rationi, & obſervationibus non obſecundantem. Si quid interim ſatisfaciendæ curioſitatis ſcopo dici voluerit circa vis cauſſam: an ab actione locali vis eſt repetenda, quemadmodum opium in caput, anetum, fœniculum ad mammas, hypecaquanha ad ventriculum, antimonialia ad cutem, aloes ad inteſtinum rectum, ſquilla ad renes? An ex frigore concitato præſertim locali? an a debilitate propria, quemadmodum in ſcorbuto a ſali exorta? An ob imminutam irritabilitatem, quam acida mineralia cauſſare ſcimus? Exinde an a magna acidi vitriolici quantitate, quod in hoc ſale animadvertendum eſt? (*)

Huic

(*) Salem hunc in Carynthia a me ipſo in caupona ſumptum ut melius noſcerem, nimirum ut componentia ejusdem principia mihi certo innoteſcerent ad Expertiſsimum Chemicum amicum Franciſcum Marabelli demiſi, qui ea qua omnino pollet tum benignitate, cum ſagacitate perfectiſsimam analyſim chemicam ſtatim inſtituit: „*Queſto ſale*, ſic aſſerit in Epiſtola mihi demiſſa, cujus verba ad hunc ſalem pertinentia fideliter exſcribo, *che moſ-*

Huic poſtremæ opinioni multum fidei præbendum eſſe videtur, præcipue, quod hac

---

traſi privo d' una regolar figura, è d' un guſto ſalſo non ſpiacevole; eſpoſto al contatto d' un' almosfera aſciutta diventa ſecco, e ſi fa quaſi polveroſo; all' oppoſto squagliaſi, ſe ſi trova in un' atmosfera umida. Cercai in ſeguito di determinare la quantita, che l' acqua comune fredda ne può ſciogliere in confronto anche alla bollente, e m' aſsicurai, che un' oncia della prima ne può ſciogliere fino a ſcrupoli dieci, e grani due aumentandoſi ſenſibilmente in quel frattempo il freddo dell' acqua; come ſuole ſuccedere colla maggior parte de ſali, allorchè ſi ſciolgono: ed altrettant' acqua bollente ſe ne caricò ſolo di ſcrupoli nove, e grani cinque: quindi naturalmente ſe ne inferiſce eſſere queſto ſale ſolubile in maggior quantità nell' acqua fredda, che nella bollente. Tanto però l' acqua fredda, che la calda lo ſciolgono intieramente ſenza laſciare alcun reſiduo.

Siccome il noſtro ſale non comprendevaſi di alcuna regolare criſtalliſazione, cercai, ſe col ſcioglierlo nell' acqua, ſvaporarlo, e con altri opportuni mezzi poteſsi procurarmelo in criſtalli di una deciſa figura, poichè in ſimil caſo aurei avuto già un carattere non indifferente per ſoſpettarne della ſua natura. Perciò ne ſciolſi una porzione nell' acqua, ed abbandonata la ſoluzione ad una leggiera evaporazione, ſucceſsivamente ebbi alcuni criſ-

hac ratione aliqui fontium ſtrumas excitant: revera opinio Pallaſii Reiſe durch Rußland Th.

---

talli quadrati a guiſa di dadi, oſsia d' una vera figura cubica; ma una porzione della ſteſſa ſoluzione diè a divedere di contenere un ſale di diverſa natura, giacchè non potèi ottenerla nè in criſtalli della ſummentovata figura, nè di altra qualonque che foſſe regolare (ed in queſto caſo forſe per la di lui picciola quantità), ma ſempre in forma di una croſta ſalina, ora aderente ai lati del vaſo, ed ora attaccata al fondo del medeſimo. Una porzione del ſolito ſale ne gettai ſulle bragie, e viddi, che decrepitava. Dopo, che intrapreſi sù detto ſale li ſopraccennati, e ſemplici tentativi, paſſai a trattarlo con diverſi altri reagenti chimici capaci ſicuramente a ſuoprirne la ſua indole. A queſt' oggetto mi preparai una diſcreta quantità del ſudetto ſale ſciolto nell' acqua diſtillata, ed affuſi in porzioni ſeparate di queſta ſoluzione ora della tintura acquoſa di laccamuſſa naturale, ora della ſteſſa tintura, ma aroſſata prima con picciola porzione di acido, ed ora col ſciloppo di viole; ed oſſervai, che i colori di tutti queſti criterii non vennero cambiati. In nuova doſe dell' iſteſſa ſoluzione ſalina pura in diverſi vaſi diviſa v' inſtillai, in uno dell' acido oſſalico ſciolto ſenza, che vi abbia prodotto intorbidamento, o precipitato, ed in altri v' aggionſi e degl' acidi minerali

Th. 1. S. 38.; qui ſtrumas in Sibiria a ferreis particulis cum aqua ingeſtis deducit, nul-

e vegetabili, e degl' alcali sì fiſsi, che volatili, tanto puri, che i di loro carbonati, e del pruſsiato di potaſſa, ma in veruno d' eſsi vi ſcoperſi cambiamento, od alterazione. Lo ſteſſo pure mi è occorſo d' oſſervare con altra porzione di ſale ſciolto, in cui vi verſai del ſolfato ſciolto di ferro, rame, e zinco. Ben diverſo poi ſi è dimoſtrato il predetto ſale ſciolto nell' acqua parimenti diſtillata col muriato di barite, e d' argento; mentre poche goccie del primo reagente baſtarono a paleſare ſull' iſtante nel liquore una nuvoletta, che formoſsi poſcia ben preſto in un deciſo, e ſenſibiliſsimo ſedimento; come pure il ſecondo reagente adoperato in poca doſe non tardò meno del primo a fornire un' abbondantiſsimo precipitato.

Tutti queſti fatti erano ſufficienti per convincerci, che il ſale ſottopoſto all' analiſi non era di una ſol natura, ma era formato di due qualità amendue neutre, ed a baſe alcalina; e a dir in breve di un vero muriato, e ſolfato di ſoda. Infatti tutto queſto venne ancora più comprovato da altri due ſaggi fatti con eſſo, val a dire; perchè avendo verſato sù di una quantità di detto ſale aſciutto dell' acido ſolforico, ſul momento s' innalzarono copioſiſsimi vapori bianchi, e ſoffocanti di vero acido muriatico; e perchè avendo fatto cadere in altra porzione del medeſimo ſale, ma ſciolto pri-

nullimode eſt amplectenda, cum potius fuerit ab hoc ſale repetendum: concedo tamen mar-

I 2 gam

---

ma con acqua diſtillata, tante goccie di acetita di piombo, finchè ceſſò di produrſi alcun precipitato, e nel liquore poi, in cui contenevaſi il precipitato ſteſſo, avendovi verſato una buona doſe di acido nitrico, queſt' ultimo acido ſciolſe bensì una gran quantità del precipitato eſiſtito nel liquore, ma ne rimaſe una porzione, che l' acido nitroſo per ogni conto non potè attaccarla; la qual porzione apponto fù quella prodotta dall' acido ſolforico, che unito alla ſoda componeva il ſolfato di ſoda. Queſt' ultimo eſperimento quanto era capace di confermare ciò, che eraſi già più ſopr' aſſerito, altrettanto ancora poteva eſſer baſtante, qualora ſi foſſe raccolto il precipitato prodottoſi in quel frattempo, oſsia il ſolfato di piombo (come colla maggior diligenza fec' io), per dimoſtrare la proporzione non tanto de' principii coſtituenti il ſolfato di ſoda, ma eziandio di amendue i ſali, di cui è compoſto il noſtro in queſtione. Ma ſiccome tuttocciò non ho potuto rilevarlo, chè con molti calcoli, ed altronde dubitando, che in ſimile operazione aveſsi potuto cadere in qualche errore, volli ricorrere ad un' altro mezzo, il quale nel tempo ſteſſo, che poteva verificarmi, e preciſarmi la quantità de' principii componenti del noſtro ſale, ſarebbe eziandio ſtato un' altro argomento per comprovare ſempreppiù la vera natura de' medeſimi principii; ed un tal mezzo fù di decomporlo me-

gam hunc morbum generare poſſe, prout idem Pallas inſimul addit; ſed quid in marga? Acidum vitrioli latet: hoc eſt principium thyroidææ glandulæ infenſum. Profecto infiniti ſunt fontes, & lacus in Sibiria, qui maxima ſalis hujus quantitate donantur; ille enim ſal ex Gmelini teſtimonio Glauberianum imitatur, ut proin vitrioli acido ſcateat;

---

diante l'acido ſolforico in vaſi chiuſi, e coll' ajuto del fuoco. In queſt' operazione peſai attentamente e gl' ingredienti impiegati, e l' acido ſvoltoſi nella diſtillazione (che era tutto muriatico); ed il ſale, che ottenni dal reſiduo di detta diſtillazione, lo riconobbi alle più ſicure prove intieramente per un genuino ſale mirabile di Glaubero; ovvero per un ſolfato di ſoda. Da queſti riſultati adonque, e da tutti gl' altri ſopr' accennati non eſito a conchiudere francamente, che il ſale analizzato ſia una pura meſcolanza preſſo a poco di due terzi di muriato di ſoda, ed uno di ſolfato di ſoda.

Stimo poi ſuperfluo di communicarvi le ſperienze inſtituite col muriato di ſoda; perchè i riſultati di eſſo non ſono diverſi da quelli ſouraeſpoſti, ſe non in quanto, che queſto ſale fornì que' fenomeni, che diſpendono dalla ſola preſenza dell' acido ſolforico tanto in iſtato di libertà, che di combinazione, come ſi oſſervarono nel ſale della noſtra queſtione atteſa la quantità di detto acido, che contiene in ſaturazione colla ſoda. „

at ; inde eſt, ut Kirenskoïenſes in Sibiria iis dem indicationibus adimplendis eo utantur, quæ ſali Glauberiano, vel & Anglico conceduntur. Acidum vitrioli jam monuit Lavoiſier *Mem. del' Acad. R. des Scienc.* 1770. ſaluti infenſiſsimum eſſe, ut colici dolores eos invadant, qui aquis utuntur, quæ ex ipſis imbricibus ſchiſto, & ardeſia conflatis diffluunt, uti in Hollandia; ubi igitur magna reperiunda fuerit lapidum horum copia, proculdubio, præter peculiarem in ſtruma perficienda niſum, graviorem morborum cohortem progignere poſſet. Ipſa ſelenitis, quæ a Clarmo Georgi, uti monuimus, veluti probabilis ſtrumæ cauſſa ſupponitur, nonne accido vitrioli jungitur? Nonne & ab alumine, quod in his Provinciis reperitur, eadem haberi poterunt? Sed & ſulphurei fontes in Sibiria, Helvetia, & his in locis obſervandi, ubi ſtruma viget, nonne demonſtrant aliquid ab acido vitrioli expectandum? Sic ſelenite refertæ ſunt aquæ puteorum in Valleſia, & Senlis Comitatu *Tableaux Pittoresq. du Vallois, & Senlis par une Société de gens de Lettre.* Sed plures mineræ cupri, cui facile aggregatur vitrioli acidum, hic loci etiam extantes, hanc ſuſpicionem alere ſinunt. Sic Sumatra, quæ cretinis laborat, cupro, ſale petræ, & ſulphure valdopere abundat. Sic & in Agro Felici Neapolitani Regni plurimæ

ſtru-

ſtrumæ interim, dum magna ſulphuris copia habetur ea terra ipſa.

De aqua a metallifodinis proveniente vix ullas habeo obſervationes, cuprum tamen, alumen, & ſulphur cum non deficiant, prout Illmus Joſeph de Sperges Tyroliſche Bergwerksgeſchichte accuratiſsime admonuit, & deſcripſit, videtur nonnihil impertiri poſſe aquis a montibus provenientibus, in quibus vel detectæ, vel etiam incognitæ ſimilium corporum extant mineræ. Sed præcipue montes calcarei, qui hic magna ſunt copia, acidum vitrioli recipiunt, & ſtrumam generare poſſunt. Hinc opinio Frider. Hoffmanni calcem ſtrumæ cauſſam credentis non eſt deſpicienda (*). Politiam igitur Mdicam om-

(*) Niſi prior cauſſa, ſaltem inter primarias eſt calx acido vitrioli, cui ne dicam ſemper, ſæpe jungitur. Hic revera animadvertendi ſunt montes calcarei ſumma in quantitate, & quod magis eſt iis maxime in locis, ubi major ſtrumoſorum fuerit quantitas. Nix ſoluta, & aquæ pluviales ſecum rapiunt ſummam calcis hujus partem; hinc fontibus calcarei, vel ſulphurei nonnihil tribuitur, quod morbum inducere poſſet. Joſeph Blancanus publica etiam auctoritate fretus retulit montes nonnullos maxime calcareos decreviſſe ob hanc rationem. Litteratiſſimus Comes de Buffon *Preuves de la Théorie de*

omnino ſpectaret, ut certo indicarentur infecti fontes; auferrentur enim plurimæ ægritudinum cauſſæ. At quid aſſero? dum fere omnes fontes in his Provinciis continent acidum ſulphureum calci, aliisque corporibus junctum uti Vincentius Ferrerius Taudè in *Synopſi Fontium Auſtriæ, Provinciarumque adnexarum* retulit, & nuper a Cariſſ. Amico Andrea Savareſi Phyſico Illuſtri habui, qui in his aquis, & fontibus calcaream terram abundantiſsimam obſervavit.

Quod ultimo ad eum ſalem attinet, arduum mihi non videretur eum ex acido vitrioli expoliare præcipue, quod tot hominum bono nullis parcendum ſit impenſis, quodque ſumma ſit ſatis hujus quantitas; aliis namque prætermiſsis mons Sändling in Styria ſuperiore omni anno hujus ſalis 150,000 Centenaria libra-

---

la terre Art. 18. habet: „ *Dans la Province de Derbis en Angleterre le Clocher du village Craih n' étoit pas viſible en* 1572. *depuis une certaine montagne, à cauſe de la hauteur d'une autre montagne interpoſée, laquelle s' etend en Hopton, & Wirksworth, &* 80, *ou* 100 *ans après on voyoit ce clocher, & même une partie de l' Egliſe. Le Docteur Plot donna un' exemple pareil d' une montagne entre Sibbertaft, & Ashby dans la Province de Northampton.* „

librarum Auſtr. ſuppeditat, licet jam a mille, & amplius annis fuerit indefeſſe perfoſſus.

Pravi igitur cibi, ut ab iſtis ni peculiaris, ſaltem generalis ſtrumæ cauſſa habeatur.

Nullimode prætereundum hos praviſsima donari cacoæthe, aut vivendi methodo; iis namque vix buri, & bipalibus, aut ligone, & bipenne relictis manet illico prandium; neque enim tantillum temporis expectant, cum ſucciſiva ſibi quæque temporis intervalla pro labore lucrentnr, ut quo poſsint modo, & alimenta, & indumenta ſibi comparare queant. Ii igitur quaquaverſus concurrunt, & ſimul omnes in fœtentiſsimo popinæ diverſorio confluunt, quo perventi nulla data mora quælibet appoſita momento temporis obliguriunt. Infelices! quibus paupertas, & peſsimi abinde cibi nocumentum cum nutritione inducunt. Accubatione quieta tanto temporis corpori conceſſa, quanto vix indiget citiſsima ciborum devoratio, illico ad laborem reſuſcipiendum pergunt, ibique pluribus apricantur horis labori intenſius accumbentes. Quot, quantaque oriri queant mala ab hoc vivendi genere, quilibet percipere poterit, ſi conſideret ſequentia.

Ex

Ex multa ciborum ingurgitatione, nulla, vel pauca maſticatione prægreſſa, obruitur ventriculus præſertim, ſi attendas ciborum qualitati, quæ peſsima prorſus eſt. Digeſtione labefactata neque nutritio bona; hinc ſolida male habent. Sed præter alios affectus inſequi debet ſanguinis ad ſuperiora validior determinatio; dum enim ſtomacus male habet caput per conſenſum ſumme afficitur. Augetur hæc ſanguinis determinatio, & derivatio ad caput ob inſolationem: tantundem enim ſubdiale capite proſtant, quantundem durum opus navant. Dilatationem vaſorum utrorumque, interquæ & arteriarum thyroidearum, ſomnolentiam, veternum, obæſitatem mentis, cephalalgiam, phrænitidem, & ipſam apoplexiam generare norunt Pathologi. Creſcit in hos morbos proclivitas ex ſitu corporis; conquiniſcunt enim ii, & proinde hydraulica etiam lege ſanguis capiti, collo magis hæret. Accedit etiam reſpirationem tunc temporis non perfici cum conſtantia facilitate, & oblectamento ob thoracem compreſſum; actio revera muſculorum intercoſtalium, aliorumque ſatis non ſunt dilatationi thoracis immobilis fere ab aliis agentibus muſculis redditi; muſculi inſimul abdominales cum iliaco interno, & pſoas abdominis viſcera coercent, quæ diaphragma ſuperius comprimunt pulmonibus riſiſtentiam

tiam apponens. Ob eam igitur poſitionem venæ colli, & ipſæ, quæ a capite ſanguinem revehunt, exonerari omnino nequeunt in venam cavam, ex eo etiam, quod arteria pulmonalis totum ſanguinem in proprio viſcere demittere non poſsit. Tumeſcunt idcirco eæ fere omnes, quod ſæpe vidi, & augetur diſpoſitio ad apoplexiam; nam dilatantur vaſa maxime, quod parum reſiſtant earundem parietes. Sed & arterioſus ſanguis obices offendens hinc inde novas ſibi facere vias poteſt, vel per inorganicos poros ex parte ſeſe deplere: revera rubet tunc temporis facies, oculi ſcintillant, collacrimantur, ſudor emanat abundantiſsimus; ſecretiones igitur auctæ, quas in apoplexia fere certo adeſſe conficitur ex ſumma lymphæ copia in cerebri ventriculis, præſertim anterioribus, reperienda.

Hanc ad comatoſos affectus proclivitatem, prætermiſsis Clariſsimorum virorum obſervationibus, facto illuſtrabo. Dum jam a triennio foro Jutuntorum, hoc eſt Piceleoni in Inſubria adeſſem brevi inviſurus arcem hanc nefariis cuſtodiendis decretam, ſciſcitatus ſum, uti meus eſt mos, a Medicæ artis perito quibusnam præcipue morbis vinculis detenti ſubjicerentur? præter alios, apoplexiæ, retulit ipſe; quomodo autem? hæc habe. Statutum eſt a Providiſsimo Joſepho II., quem

om-

omnes lugent, ut juxta Celeberrimi Beccaria opinionem *Dei delitti*, *e delle pene*, quotuscumque ſocietati intulerit damnum, ei quoddammodo reparando teneretur: hinc hujusmodi criminoſi viis renovandis, foſsis aperiendis obſtruendis, ſulcis aquariis, euripis repurgandis, plauſtris trahendis, aggeribus conficiendis, edificiis ex parte conſtruendis, ſegetibus colligendis, ponderibus deportandis, aliisque gravioribus muneribus perficiendis coguntur; tenetur autem herus, qui conductitias hisce dat operas Principi nonnihil ſolvere, & victum illis aliquando præbere. Illi interim cum conductore paciſcuntur, quo lautiori, aut effuſiori graviſuros eſſe comeſſatione, eo majori alacritate opus eſſe perfecturos; hinc herus illis favet. Conſarcinatis igitur magna non ſine cupedia cibis, & multa ingeſta vappa illico laboribus redintegrandis demandantur. Accidit tunc, ut qui præſertim linis evellendis, vel agris ab oluſculo mundandis inſerviunt, tota die prono corpore fervido ſoli conſiſtere conentur; hinc ſæpe comatoſis ſubjiciuntur morbis, & non raro apoplexia plectuntur ita, ut ex viginti una tantum die tres propter labores hos ceciderint apoplectici nulla arte reſtituti,

Ha-

Habes quapropter ex analogia cauſſam fatuitatis illorum; a compreſsione namque cerebri diuturna ob impeditum ſanguinis a capite regreſſum, & citatiorem ipſius ad idem impulſum promotum ab horizontali ipſarum carotidum poſitione fieri nequit, ut mente obæſi non evadant, & proxima non habeatur ſtrumæ cauſſa, vel ſaltem ejusdem confirmatio.

Ob labores ſummos, quibus vacare illis eſt neceſſum, & incongruam vitam citioris ſenectutis ratio habetur. Male revera paſti, nimium laborantes, parum ſomno refocillanti indulgentes, licet maximopere ſomnolenti, vitam nonniſi decurtatam conficere poſſunt. Parvus quidem labor eſt, ſed continuus, interim dum debili homini parvus labor vires exhaurit. Quoad cibi tempus ſpectat, ſciendum eſt, eorum plurimos ſole nundum ſurrecto cibos aſſumere, dein tota die operi eſſe inſudaturos; reduces quocirca ſumma laborare fame; hinc non ſcyphos, ſed ænophora exhaurire, & citiſsime appoſita quæque ne exceptis quidem quisquiliis obligurire, reliquias quæſitare, menſamque ſcalpere, ramentari. Eos idcirco manet major malorum caterva præſertim, quod ſtatim vix paſti ſomno indulgeant ventriculo nimium oppleto. Animadvertendum ultimo eſt, quoad

la-

labores, non cretinos demandari, ſed tantum ſtrumoſos, illi namque domi ſemper remanent Angeli tutelaris (uti la Borde aſſerit) ad inſtar, ſibi & aliis inutiles.

Triclinium autem, vel cænaculum ſi conſideres, id potius ſuibus, bobus, pecudibus recipiendis par eſſe credideris, quam ſubulcis, bibulcis, & upilionibus; hara hinc, ſtabulum, vel hædile potius nuncupandum. Cauponi illud ſpectat; exiguum hoc eſt, & vix iis continendis par; fætentiſsimum, ut cephalalgiam, & nauſeam moveat; immundiſsimum, ut ne locus quidem nitori datus ſedendo concedatur. Mantile ſemel expanſum ibi diu remanſurum, & jamdiu defædata mappa decreto nonniſi tempore commutanda: ibi quotidie tabacum fumant; ibi hypocauſtum continuo æſtuoſsiſimum ſervant, ut ad ſomnum alliciat; ibi olera quæque pavimento commiſſa conculcata marceſcunt; ibi limoſæ, cænoſæ particulæ, cum & maleolentes ſudores exhalant; ibi canum caterva recipitur, quæ, quoniam nundum urbanitati ſtuduit, accitibus naturæ libentiſsime obſecundat; ibi ſummus ſtrepitus; bombitant enim ſecum nonnulli, alii ſtertunt, hic cyathum rumpit, altercantur alii, iſte ructus, ille crepitus explodit, alter in angulo eructat; interea dum archimandrita, vel apparitoribus,

aut

aut fœminis clarigantibus , tranſtris humi trajectis, valvis per vim occluſis, crepitaculo non raro pulſato, lancibus ruditer jactatis, ejulante fele, allatrante cane, excreantibus plurimis fremitus perficitur, & quidam exhalat fœtor, ut hircos potius, quam homines ſimul conveniſſe dixeris. Sed hæc Hiſtoricum potius attinent, quam Medicum, licet ex immunditie, loco edendi, aliisque plura Medicus ad rem ſuam accomodare queat; idcirco ad alia.

Mineræ, præcipue ferri, in Tyrolo, Carynthia, & Styria veniunt obſervandæ. In Carynthia profecto 130,000 centenaria librarum ferri depurati obtinentur, & in Styria 260,000 omiſſo Tyrolo, ubi nonnulla etiam quantitas extrahitur. Repurgatur autem ferrum ab etherogeneis particulis ope ignis vividiſsimi. Qui hoc officio funguntur, tota die laboribus ad ignem premuntur. Hinc faciei rubentiſsima, venis, arteriis dilatatis ſudore madent continuo, ut Cyclopes Trojani Herois arma cudentes in mentem ſubſiluerint, quoties tales viderim officinas. Qui igitur ab initio ſtrumam ferunt, iis profundæ emittuntur morbi radices; quibus vero jam diuturna extiterit ſtruma, hæc nulla arte medicabilis fit: quos autem nundum excæperit morbus, eos aliquando rapit, & ad cretinismi ſpe-

ſpeciem adducit, licet absque mala capitis conformatione. Dilatatio revera vaſorum præſertim capitis inſequitur, ut fere inflammationem minitentur, & eam quidem facile inſequendam, ſi poſt ſummum hunc calorem frigidæ inopinato ſeſe commiſerint auræ, vel gelidos ingeſſerint latices.

An ferri calx per auras rapta (quemadmodum dignoſcitur ex ocracea tinctura, qua domus Oppidorum Vordernberg, & Eiſenerzt cooperiuntur) an inquam aliquid ad ſtrumam conficiendam poteſt? Si conſideremus aliis in locis ſtrumoſos reperiri absque eo, quod ſint hæ fucinæ fuſoriæ; ferrum potius impedire ſtrumam, quam promovere; aliis in locis, quemadmodum vidi in Novarienſi Comitatu, adeſſe fucinas has absque ſtrumis, certe hæc cauſſa nihili erit facienda.

Ex ponderibus ſupra caput geſtatis nonnulli morbum deducunt. Cauſſa vero hæc futilibus mihi videtur innixa argumentis, cum his in locis uſu non admodum veniat talis geſtationis modus ob irregularitatem callium; immo penes nonnullos Tyrolis oppidanos uſus hic protinus deficiat. Præterea generatim ſtruma jam laborant, quamquam hæc pondera ſupra caput non geſtaverint. Contra Badobadenſes fœminæ, quæ ponde-

ra

ra ſupra caput gerunt, procera, eaque recta donantur corporis ſtatura, & nullimode a fœdo hoc morbo premuntur: revera actio eſt ſupra vertebras, & muſculos colli nonnullos, qui hinc & inde antagoniſtæ vim exerentes firmant caput.

Inter Auſtriæ, præſertim Inferioris, juvenes ruſticos certamina ſunt circa transportationem ponderum ſupra caput; nonnulli quocirca horum, ut ſe fortiores oſtendant, immanes ferunt mergites, vel herbarum fasces: attamen ſtrumam nondum enatam audivi. Nonnihil tamen perficere poſſe non renuam, cum reſpiratio aliquomodo lædatur, & exin ſanguis ad caput inſigniter deferatur, prout oſtendit faciei rubedo, diffluens undequaque ſudor, & vaſorum intumeſcentia.

Cauſſam ſtrumæ ab alia laborum ſpecie potius repeterem; ſiquidem jumentorum more gravisſima trahunt plauſtra, & ponderoſos currus, quibus devehendis maximopere defatigantur. Illis profecto cingulum mediæ thoracis parti adaptatur, quod ſub axillis admiſſum in unum poſterius deſinit, & temoni, vel parti currus mediæ adnectitur. Trahentes igitur vehicula hæc, montes præcipue ſuperſcandendo, capite antrorſum protruſo, thorace retrorſum tracto, difficillima redditur

tur reſpiratio, & exin circulatio; hinc facie rubeſcunt, ſudant, oculis protuberantibus, ſcintillantibus, reſpiratione ſuſpirioſa, anhæloſa, interrupta; venæ præſertim cervicis tument ex eo etiam, quod obſtipa aliquando fiat; exinde non remota habetur ſtrumæ origo. Induſium etiam aliquando adeo eſt adſtrictum, ut comprimatur larynx præſertim, dum duro inſudant miniſterio. Hoc vidi in Carynthia, Styria, & Tyrolo, ut præter alia ſimptomata collo immaniter tumuerint loco præſertim thyroideæ glandulæ dato; hos proin bajulos, qui etiam Vindobonæ ſunt, ſtruma detineri nonnumquam audivi, & vidi. Struma ab elevatione ponderis non diſſimili habetur ratione; ſæpe tamen aer recipitur prope thyroideam glandulam, vel intra ipſam (quod non vidi), & tunc non habetur ſtruma, ſed broncoceles.

Partus ſtrumæ eſt cauſſa. Ex hac unica, ſed laborioſa actione nonnumquam aliis etiam in regionibus oritur morbus, quamquam prædiſpoſitio quodammodo defuerit. Hic igitur, ubi omnes cauſſæ ſunt reperiendæ, habebitur. Ratione partus Helveticæ fœminæ magis, quam viri, & canes fœmellæ, quam mares (quod ſæpius obſervavi) laborant; ſic & Sabaudæ fœminæ, & iſtæ. Adeſt tamen alia ſimul coefficiens cauſſa fœminis cru-

K dius

dius ingraveſcens, laxitas videlicet: interim dum quantitas ſanguinis, quæ in gravidis generatim magis coacervatur, cauſſam proximam in initio allatam omnino ſuffulcit. Conante profecto ſeſe omnimode fœmina ad fœtus expulſionem, abdomen coarctatur, & reſpiratio ſuſtinetur; ſanguis propterea ex uteri ipſius contractione ad ſuperiora defertur, & eas partes magna vi invadit. Hinc venarum tumor (arteriæ namque intimiora tenent), ſummus faciei rubor, illacrimatio, ſudor, & ſtruma. Intumeſcit revera collum, ita ut arteriæ, & venæ aliquando minitentur rupturam, quam in thyroidea arteria accidiſſe memorat Illuſtris Halix, a qua exierunt quinque ſanguinis libræ. Norunt hoc Vindobonenſes Obſtetrices, quæ (an bono, an malo conſilio, in ancipiti hæreo) parturientem fœminam, poſtquam in ſella partui dicata poſuerint, ſudariolis linteis collo ter quater circumligatis, arctatisque ſtrumam impediunt apoplexiam nonnumquam promoventes, aut & pneumoniam. Conclamationes, luctus, ſtridores earundem impediunt adacto ori ſtrophiolo, quod tamen localem non vetat irritationem. Sub partus igitur conatibus ſtruma cietur, vel & aeris collectio fit in in thyroidea glandula, & circa hanc, collum ipſum tumet: hinc Catullus recte dixerat de Thetide Peleo jungenda

Non

Non illam nutrix orienti luce reviſens
Heſterno collum poterit circumdare filo. (*)

(*) Nonnulli equidem diverſimode interpretati ſunt Catulli carmina: at Palladius Fuſcus recte admodum ea explicavit. „ *Veteres*, ſic ille, *quoties ſcire volebant, utrum puella virgo eſſet nec ne, ei filum ab angulo oris per verticem ad alterum angulum deducebant: poſtea idem filum complicatum collo ejusdem puellæ circumdabant; ſi quid autem deeſſet, dicebant puellam eſſe vitiatam: ergo ſi nutrix non poterit collum Thetidis heſterno filo circumdare, id proculdubio indicabit, Thetidem a viro ſuo compreſſam amiſiſſe virginitatem.* „ Igitur incongrua eſt Antonii Parthenii interpretatio (quam Calepinum ipſum amplexam fuiſſe videtur) a voce *coluum* loco *collum* deducenda; & illa Achillis Statii a vinculo in collo poſito, *Collumbar* dicto, deſumpta: cum uſus ille a Parthenio Fuſco memoratus acriter penes veteres invaluiſſet, ut certum virginitatis, aut deflorationis detegendæ criterium. Huc, quod Calpurnius habet

Sed poſtquam Donacem duri clauſere parentes
Quod non tam tenui filo de voce ſonaret,
Sollicitusque foret linguæ ſonus, improba cervix,
Suffuſusque rubor crebro, venæque tumentes.

Quæ omnia inter patratæ deflorationis teſtimonia habebantur. Certe venæ niſi longe a coitu, ſaltem vix ab illo, & illius tempore tument.

Aer ſæpe uti diximus in hac glandula colligitur, ex conatibus ipſis ad coitum, a ſummis animi motibus, ab immoderato riſu, ab elevatione ponderum. Ille autem nonniſi ab aſpera arteria provenire potuit; at hic certo novam ſibi feciſſe viam oportuit, cum nundum detecti fuerint canales a thyroidea glandula cum larynge communicantes, quidquid inſudaverit Alouette, & Morgagnius; revera ovale oſtium, in arteriore glottidis parte, quod Morgagnius vidit, & Sanctorius detexit, quodque proxime orificium laryngis ſub angulo ligamentorum inferiorum adeſt, non ad hanc glandulam pertinere cenſuerunt Winslowius, Vaterus, Duvernejus, aliique Præclariſsimi viri. Qui propterea glandulam hanc ad laryngem irrorandum credidere, ii vel hallucinati ſunt, vel canales effinxere: usque adhuc namque latent cum uſu glandulæ canales, circa quam Nicolai Stenonis *in Prœmio Demonſtrationum Anatomic.* effatum convenit; hic etenim ſapienter admodum aſſerit „*pulcbra eſſe, quæ videntur, pulchriora, quæ ſciuntur; longe pulcherrima, quæ ignorantur.* „ (*)

Nitrum

(*) Ingenioſa eſt Præclariſsimi Phyſici Amici Aloyſii Brugnatelli, M. D. theoria (usque nunc tamen tantummodo conjectura, etiam poſt Clarmi Vaſſalli

Nitrum in ſuſpicionem adduxit nonnullos. 1. Quod aer borealis nitrum contineat, uti Clarmus Home *in Agricultura p.* 145., & poſsit ejusdem acidum in auras rapi, ea propemodum ratione, qua Illuſtris Joſeph Frank per diſtillationem in ærugine ferri id marini ſalis extraxit penes Liguſticum mare. 2. Quod ex borragine, portulaca, parietaria, chelidonio, fœniculo, nicotiana, geranio Robutiano, carduo benedicto, cucumere, aliisque plantis, herbis, fructibus habeatur, uti Leidenfroſt *De Succis Plantarum* demonſtravit; ex ſtercore animalium, ex urina humana plurima in quantitate. 3. Nitri actio ad fauces, gulam ardoris ſenſum excitet. 4. In Sibiria magna ſit nitri quantitas, ubi etiam ſtruma. Sed hæc argumenta prorſus futilia ſunt, paucis enim hæc repello; 1. ſiquidem repono me omnimode vereri, utrum verum fuerit nitrum ab Homio obſervatum, cum alkali minerale ſeu ſodæ, vel vegetabile ſeu potaſſæ, quibus jungitur nitroſum acidum, fixa ſint; acidum hinc tantum haberi poſſe credidérim, quemadmodum illud marini ſalis ab ærugine

obſervata), qua ſuſpicatur ipſe vaſorum aereorum in corpore ſiſtema. An vaſcula hæc, ubi certo innotuerint, ſtrumæ præſertim aereæ, aliisque morbis dilucidandis inſervirent? Sic reor.

ne martis citatus Joſeph Frank extraxit; non autem ſimul alkali. Præterea quid ab hoc etiamſi fuiſſet obſervatum? Denique non boreali auræ ſubjiciuntur pagi iſti. 2. Ab aliis plantis alia haberi ſalia, an inde ſtrumæ ſunt cauſſa? Stercora hominum quod ſpectat, & brutorum nil conficit; ſtrumoſi enim ubique locorum reperiri deberent, niſi ſtipticitati ſacra adfuiſſet regio; idem de urina niſi dyſuria generalis obſervaretur. Porro ſtruma affectos videremus eos, qui in Vindobonæ planitie prope civitatem ponuntur; ibi enim urinæ medio nitri ſal ſine igne conficitur, filtratione ideſt ſimplici per ſabulum, & cretam ipſam in cumulos diviſam. 3. Nitrum ad fauces, ſi continuo appoſitum, conficere aliquid quidem poſſe, at ſemel applicitum minime; hinc actio, vel ardor a nitro proveniens eſt potius in cardia, & abinde conſenſualis fit. Deinde habitatores hi nitro non utuntur, neque id in aere animadvertitur. 4. Etiamſi in Sibiria reperiatur, hic minima prorſus copia eſt reperiundum, & contra abundantiſsime aliis in regionibus reperitur, ubi deeſt ſtruma. Sic in Africana terra effloreſcit, uti Shaw *Travels &c.*; in urbe Quitenſi ex centum terræ libris dimidia nitri libra extrahitur Boguer *par.* 64; ſub ipſo Æquatore, in Ægypto ex terra copioſiſsimum habetur *Journal des Savans* 1685.

Ex

Ex Indoſtania, aliisque regionibus ; ut idcirco quæ nitrum attinent ſint nihili facienda.

Eorum tugoriolis, mapaliisque attende, & major apparebit ad hos morbos proclivitas. Fiunt autem hæc miſerrima habitacula ex ligno in aſſeres ſciſſo, quorum recte alii ab alteris alternatim recepti invicem conjunguntur, & parietes conficiunt. Trabium ſeries, vel levis murus circa aſſeres extus humi conſtruitur, & trabe uno cuilibet angulo perpendiculariter appoſito, ut ſuſtineatur imbricium. Duplex aſſerum ordo apponitur, & ſtupa, vel & pice obſtruuntur rimæ. Imbrices etiam lignei ſunt, & tholum, ſeu fornicem tigillis parallelis ſuſtentum conſtituunt. Epiſtylium adeſt in medio binis hinc, & illinc aptatis trabibus, ne male junctis invicem lateribus domus diruat. Hæc in bina dividitur ſtrata, quorum ſuperius veſtiarii, fœnilis, repoſitorii loco ſervit: inferius cubilibus ſæpe continendis dicatur, quamquam juvenibus dura ſtramina ſuperius admota pro cubili ſæpe apponantur. In inferiore quidquid coquinarii eſt reperitur; cellulæ vinariæ inſervit, & nonnumquam gallinario, quin etiam haræ. Coercentur igitur aere impuriſsimo a reſpiratione tot animantium, inter quæ nonnumquam filii filiorum, & immunditie omnium. Humiditati maxime ſunt obnoxii, tem-

tempore præſertim pluvioſo, quo madefacti aſſeres, hanc facilius communicant; quod in vetuſtiſsimis magaliis clarius venit obſervandum. Hinc in interna veterum aſſerum parte mucor emanat albeſcens, tomentoſus, denſus, in fila etiam dividendus, ut arunciformem nonnumquam hinc illinc extitiſſe noverim: tempore autem ſicco, quod raro accidit ſciſſuræ undequaque enaſcuntur, per quas ventis liber datur aditus. Ergo ſi morbis, & transpirationis vitiis ſubjiciuntur dum domi ſunt, quibusnam vexari debent ærumnis dum ſub diu peſsime induti, tota die duro exerceri opere coguntur?

Quoad cubile illud apprime monendum, culcitis ex pluma confectis tum ſupra cum ſub corpore appoſitis foveri, inuri ac ſi in hypocauſto apponerentur.

Frigus inter primarias ſtrumæ cauſſas, & frigida aqua eſt accenſenda. Frigus ad ſummum pervenit gradum in his oppidis, quibus altiſsimi montes vetant aliquando directos obliqui ſolis radios; hyems vero longiſſima, ut tres anni partes ſibi arripiat: hinc Rhætorum Adagium conveniret, qui aſſerunt in Rhenana valle hyemem per novem menſes perdurare, tribus autem reliquis menſibus frigori nullas eſſe inducias; vel potius

il-

illud, quod penes Helvetos in Angelimontana valle uſu venit; durare videlicet hyemem 13. menſibus, reſiduo, ſi quid ſit anni tempore, uti Scheuchzerus refert, æſtati relicto.

Nullum ver usquam, nullique æſtatis honores,
Sola jugis habitat diris, ſedesque tuetur
Perpetuas deformis hyems; illa undique nubes
Hic atras agit, & mixtos cum grandine nimbos.
Sil. Ital.

Ardua hic juga, inacceſſa montium ſaxa,

. . . . . . caligat in altis
Obtutus ſaxis, abeuntque in nubila montes.
Sil. Ital.

Horrida præcipue in altioribus montibus ſterilitas, ut denudata fere proſtet inſpectanti ſuperficies, niſi quod hinc illinc ſubrepentia graminis ſarmenta errare videantur, nec non pinum ſurgere boreæ inſultus ſpernere aſſuetum. Altiores æternam ſervant nivem.

Che ſulla fronte ſua cinta di gielo
Par, che s' incurvi, e che ripoſi il Cielo.
Taſſoni Sec. rap.

Val-

Valde inde miratus ſum, quod Scheuchzerus in Alpibus Helveticis, qui omnium altiſsimi ſunt montes, quique præter profundiſsimam, & inſolubilem fere dicam glaciem ſteriliſsimi ſunt, illud referret a ſe viſum, quod nec floridæ quidem planitiei conceſſum, nimirum

. . . . . Di nevi, e di pruine
Sparſa ogni ſtrada ivi ha poi fiori, ed erba.
Preſſo al canuto mento il verde crine
Frondeggia, el ghiaccio ſede ai gigli ſerba,
Ed alle roſe tenere . . . .
Torq. Taſſo Gerus. Conq.

Hinc inter fabulas recenſebo quod Chronicon Triplex Cillejanum (*Annales Ducatus Styriæ* &c. *ſtudio, & opera* Aquilini Julii Cæſar Canonici Reg. Voravienſis *T.* 3. *p.* 155.) affert; quod ſcilicet anno 1540. ob calorem ſummum montes, & nemora fuerint uſta. „ Es iſt (hæc ſunt ipſius Cillejenſis Chronicon verba) ein theueres Jahr geweſt, daß von der großen Hitz viel Berg, und Wälder abgebrannt. „

Frigus autem athmosphericum licet ſummum, hunc tamen morbum progignere non valeret, ſi lento increſceret gradu, vel ſi ſiccum eſſet. Hic vero frigori famulatur humiditas:

ditas; nullum ver unquam, vel autumnum impertitur inclementis cœli poſitio; vel enim ſummum frigus eſt, vel calor etiam ſpectabilis inexpectato obtinet; recurrunt tamen ipſa æſtate, vel ejusdem primordiis pertinacifsimi frigoris ſpecimina veſpere, & mane notabiliora, quæ etiam eo nocentiora, quod ob æſtum circulatio jam citatior, & transpiratio abundans illico fuerit ſupprimenda; nonne tunc morbi pectoris, colli facillimi? Nonne ad cutem cauſſa hæret, ut pars frigori commiſſa debilitati prædiſponatur, ut ideo circulatio ad ultimos ſurculos objices offendat? Hæc idcirco pars frigori injurias graviter patietur, quia contactu aeris apponitur, præſertim in ruſticis, quibus nulla collo ſudariola adnectuntur; quia vaſis ſanguineis quammaximis donatur; quia nullo fovetur, tegiturve adipe; quodque continuo ſudore humectetur. Si proin enatus fuerit ſic dictus infarctus minimorum vaſorum (ut cum Reydio loquar,) certum eſt, quod excitabitur reactio impedimentum etiam ablatura quamquam poſt ſummam renitentiam; augebitur circulatio, & poterit niſi ſtruma ſaltem prædiſpoſitio ad ipſam enaſci. Porro Cardanus ob unicum frigus, aliique ſtrumam enaſci viderunt; ſiquidem *incitatione* imminuta adaugebitur *incitabilitas*, quæ dein ſenſim, ſenſimque deperdetur creſcente, ob *ſtimuli* a frigore allati alienationem, *incitatione.*

Aqua

Aqua itidem frigidiſsima ingurgitata circulationem retardat, in aliquibus locis coercet; & quod pejus eſt, frigoris actionem partibus etiam internis manifeſtat; unde majores molitur ærumnas. Frigida hæc aqua magis nocet, quod æſtuante etiam corpore indiſcriminatim ingurgitetur; atonia revera ſuperveniens ſufflaminat energiam adauctæ circulationis; hinc exci tabilitatem valdopere imminuit eo etiam periculoſius, quod clarioribus ſignis tunc temporis manifeſtetur. Hujusmodi profecto oppidani labore defeſsi, & ſiti exagitati inconſulto frigidiſsimam exhauriunt undam. Hanc autem frigidiſsimam ipſe ſum expertus, & rationem ſuppeditat obſervatio. Nulli ſunt in hisce pagis putei, vel ciſternæ, omnes enim aquam ſumunt ex fonte in fori medio ſaliente: hic a vicinis montibus defluit, qui eo, quod altiſsimi ſint toto fere anno verticem nive tectum ferunt, quæ ſenſim ſoluta perpetuam ſervat fontibus undam; ideo umbraculis tecta, non ſecus ac Cydnus Ciliciæ flumen, ab acumine montis humi labitur (*). Vix planitiem perventa

ligneos

(*) Etiamſi hyemali tempore nix, & glacies indureſcant, tamen tum nivis cum glaciei pars humo vicina continuo ſolvitur, & fontes alit, quæ ſcilicet longe a contactu cum athmosphera locatur.

ligneos terræ ſinu commiſſos ductus ſubit, a quibus dein reſilit aqua fontem memoratum hydroſtatica lege efficiens. Magis frigeſcentem aliquibus in locis alia obſervatione demonſtrabo. In vicinia Urbis Judenburgenſis arduam erigunt frontem *Rothenmanner* Alpes. Inter conniventia earum cacumina vallicula facta lacus eſt illi non abſimilis, qui ſupra montem Gemmi in Valleſia Duben, vel Dauben ſub nomine venit; illius autem aqua ne exceptis quidem diebus canicularibus duriſsimo coercetur gelu. Quæ cum ita ſint ſat certo innoteſcit aquam ab hisce montibus provenientem frigore pollere ſummo. Profecto præter alios fontes prope Judenburgum aqua tam frigida venit obſervanda, ut congelationis gradum, etiamſi fluat continuo, non modo non adæquet, ſed ſuperet. An frigus hoc repetendum eſt ab immixtione ſalis eodem modo, quo Mairanus glaciem compoſuit ſalium ope? Guſtu ſal non animadvertitur.

Frigidam vero aquam, intempeſtive corpori applicitam, magis vero ſi ingeſtam, morbos generare poſſe Magnus Macedonum Dux fuit expertus „*Alexander*, enim Quinto Curtio referente *per mediam Tarſenſem urbem ſudore, & pulvere perfuſum corpus abluturus, projectis armis non Cydnum frigidiſſimum, quippe multa riparum amœnitate inumbratum de-*

deſcendit; vix immerſum graviſſimus corripit morbus ita, ut expiranti ſimilem pallidum, horrentem, rigentem, nec mente ſatis compotem illico extraxerint, & difficile convaluerit. „ Ingeſta autem, ut plurimum corpori ulterius infenſa eſt. „ *Medicinæ Candidatus cum poſt vehementiorem potum ad extinguendam ſitim e puteo Cœnomano frigidam liberalius bibiſſet, extincto calore in ſuo fonte mortuus eſt hydropicus* „ Riolano referente *Part. Meth. Med. Sect. 3. C. 6.* & *C. 7.* repentinam hydropyſim ex immodico potu frigidæ aquæ memorat ab ipſo viſam. Ob frigus inde patet atonia affici partes, ſaltem celluloſam; hinc minima vaſcula conſtringi, ad ſummum debilitatis momento temporis eas collabi. Hinc anaſarca ex unico frigore his in regionibus ſæpe obſervaſſe ſe Ill. Wisner mihi retulit. Habetur quapropter cauſſa generalis debilitatis, proindeque *opportunitatis* ad ſtrumam, majoris quidem in infantibus, quibus minimas adhuc natura largita eſt. At ex aqua frigida peculiaris præſto eſt, & localis in ingeſtione cauſſa; maximus enim inter pharyngem, & laryngem viget nervoſorum ſurculorum, & vaſorum ſanguiferorum conſenſus; patitur quapropter vicinas aliarum partium affectiones. Ex glaciatis ſorbitionibus nimium æſtate ingurgitatis & ego, & alii ſenſum ponderis, conſtrictionis ad thyroidæam glandulam perſen-

ſenſimus, quam non modo a carnearum laryngis, tracheæ, pharyngis, & æſophagi fibrarum contractione deſumendam putarem, ſed a ſanguine illuc magna copia hærente. Equidem ſenſus ille conſtrictionis per horas duravit reſpiratione, & deglutitione ſat libera; locus præterea externus, & unicæ thyroideæ datus præter argumenta hanc ſanguinis quantitatem ibi adacti oſtendentia glandulam modo hanc fuiſſe affectam demonſtrare perrexerunt; interim tumente glandula hac comprimitur larynx, & abinde potuit ſenſus ille conſtrictionis enaſci, & reſpiratio quadantenus impediri, aut lædi. Dum igitur ex applicita æſophago frigida aqua in conſenſum trahuntur finitimæ partes circulatio etiam frigoris actionem patitur; propterea ſufflaminatur in ultimis arteriolis circulus, vel ſaltem imminuitur; reprimitur vero ſanguis ad vaſa majora, hinc ſanguine glandula hæc coercetur, eoquod impedita quodammodo ſit anaſtomoſis; vaſa expanduntur, quibus ſemel dilatatis æterna habetur ſtrumæ cauſſa ab hac infirmitate ortum ducens. Quod autem magis, eſt reactio inſequens, quæ dum obſtacula tollit, dilatat certo vaſa, prout in inflammationibus dilatatantur; niſi enim hæc adeſſet reactio, numquam haberetur ſtruma; hinc minus laborant inflammationibus debiles eo, quod lucta hæc minus in-

ſe-

ſequatur; poſt frigus tamen hæc lucta non ſemper ferox præſertim in debilibus, quemadmodum hi ſunt, obſervatur hinc non inſequi energica adeo ſimptomata. Igitur dum locus affectus circulo imminuto laborat, contiguæ partes niſi eo celeriore, ſaltem quantitate ſanguinis infarciuntur. Non diſsimilem actionem facto demonſtravit Celeb. Monroус, qui, ut menſtrua cieret in fœminâ, ab iisdem diu inſalutata, compreſsionem inſtituit ſupra cruralia vaſa, cujus ope ea largiter effluxere; cum enim ſanguis tritum iter impervium redditum legere non queat, compendiarium vel novum ſibi facit, ſæpe ſæpius (quemadmodum flumina ripis, Horatio dicente, decreſcentia) periculoſius. Sed aliquid eſt etiam obſervandum, quod nonnullam in his rapidis mutationibus proclivitatem ad inflammationem denunciet. Sic in Rheumaticis affectionibus nonnihil inflammatoriæ diatheſis eſt animadvertendum; urget quidem vis naturæ (quæcumque fuerit) *medicatrix*, & *reactio* omnino ſe manifeſtaret, ut objicem auferat, ſed ſatis non eſt ii tollendo; hinc cruor in progreſſu ſaltem, non modo dilatat, ſed irritat, ut inflammatiunculam, pyrexiam ipſam in cita ſtruma producat. Ii etiam animo revocandum, quo majorem vim eſſe agentem, eo etiam fortius inſurgere reactionem, ſi ſolida reactioni ſint apta. Tollitur

tur hinc ſæpe obex, ſed poſt luctam ſummam, in qua parietes vaſorum ſæpe quid mali, vel debilitatis ferunt. Non omnino tamen velim hanc theoriam quocumque corporis loco adaptari; nam cum notum ſit circulationem maxime ab ipſis arteriis dependere, his, ut ita dicam, male affectis eadem certe immi nueretur præcipue in ultimis vaſis, ubi preſſio ſanguinis ab actione arteriarum omnino dependet: at ſanguini arteriæ prope cor ſitæ auxiliatur valida cordis ipſius actio; inde eſt, ut obſtaculo præſente ea lucta ineatur, qua vel feliciter id ſuperatur, vel ex parte per ſecretoria oſtiola ſanguis ſe deplet, & ſtrumæ rudimenta ſtruit.

Elucet inde morbum pueris magis familiarem eſſe debere, in quibus minus reſiſtunt vaſa, ſanguinis circulatio vivida, craſsiores relate ad corpus thyroideæ arteriæ, & ſanguis ipſe ſecretionibus magis conficiendis par. Conficitur inde nondum frigoris actionem cognitam, vel explanatam fuiſſe; longe enim diſtant ſimptomata, & morbi ab actione frigoris interna vel externa; longe etiam quæ ab immediata ejusdem vi exoriuntur, quæve ſecundario habentur; quæ a frigore æſtuanti corpori applicito oriuntur, qu . in debili, vel robuſto corpore manifeſtant ſic porro.

Fatendum tamen eſt Joannis Brunonis (Browns') theoriam *Elementa Medicinæ* plurimum lucis circa frigoris actionem non minus, ac toti Medicinæ attuliſſe; quamquam hujus Celeberrimæ Doctrinæ ſemina hinc illinc penes veteres admiratus fuerim. Certe frigore præſente incitatio imminuitur; augetur vero lege ſimplici inverſa incitabilitas, ut quo fortius fuerit, & diuturnius frigus, eo etiam magis incitabilitas ſimul colligatur, ut in mortem occurrendum ſit, ſi ſimul omnis incitabilitas in corpore permanſerit, neque ſe per abundantiſsimæ incitationis medium exhauſerit. „ *Quod ſi (Lib. Cit. C. 3. §. 40.) frigus quandoque ſtimulare videtur, id non pro juſto frigore, ſed vel nimium calorem minuendo, & ad juſtam temperiem ſtimulatricem redigendo; vel aeris ad corpus aditum expediendo; vel incitabilitatem nimio ſtimulo decreſcentem cumulando, ſtimuloque ſic languidius jam agenti vim ſuppeditando, præſtat.* „

Ex glaciatis ſorbitionibus æſtuante corpore ingeſtis Nobilem juvenem Mediolanenſem dira adeo enteritis adorta eſt, ut vix ulla ab earum ingurgitatione hora omnino deliraviſſet ultimum jam offendens momentum, & difficile illum curaverit v. s. ipſe Celeberrimus Frank. Dum ergo frigus agit, imminuitur quidem eo loci quammaxime energia, ſed

re-

redeunte ſumma reactione excitatur etiam inflammatio. Non tollitur quocirca debilitans frigoris actio, quamquam a frigore ipſo ſtenicus poſthinc oriatur morbus; quod rite adnotetur quæſo, ne in errores labamur, quos vacillantes adhuc theoriæ inducere poſſent.

An hæc, quæ de frigore aſſerui, vera ſint ſi in dubium revocet Lacidæ ſectator, is, ſodes! Clariores Pathologos conſulat; & quidquid dixerim obſervationibus ſuffultum videbit; præterea gangræna eſt inflammationis finis, & gangræna a frigore oritur; ſic dolor ſummus ante utramque gangrænam, a gelidis ſorbitionibus inflammatio, mihi vero jam a 4. annis certum in cynanche remedium; cur tamen plura recenſendo defatigor, dum acris cujuslibet obſervatoris acies quotidiana proferat ſpecimina (*)

 Sed

(*) Obduruere nonnulli frigore, quemadmodum Xenophontis milites per nivem iter facientes

. . . . *Multi, ceu Gorgone viſa,*
Obriguere gelu.

Claudian. de Bello Gæth. v. 346.

Andes, Cordillera de los Andes, Sierra Nevada, catenæ Andium, aut Montes nivoſi dicti in Regno Peruviano ſunt. Hübner Geogr. Univ. T. 4. aſſerit: „ *on trouva un jour une compagnie entière de*

Sed ut cominus ad ſtrumas devehamur, ſequenti attendas obſervationi, & quid in hunc morbum frigus poſsit, comperias. Uſu venit marte furente, ut jura populorum ſerventur, vim vi quanto fieri poſsit enixius retundere: proin militibus ferro, aut morbo ſublatis, aut triariis quiete munerandis, vel infirmis ſanandis ſupplementa hinc illinc, ut exercitus compleantur, augeantur disquirere, eaque præſertim iis a familiis, quæ numeroſiores fuerint. Cautum interea fuit, ut fortiores ſeligerentur, quique nullo defœdarentur

cavaliers Eſpagnols, qui ce vent avoit metamorphoſées eux & leur cheveaux, en autant de ſtatues. „ Ob ventum ſupra montes hos flantem momento temporis decidunt extremitates gangræna correptæ. Nonnihil etiam ſpectabilioris progignit, cum licet gangrænam efficiat, corpora tamen ab ipſa gangræna ſervet, ubi momentaneum, & ſummum fuerit frigus. Idem auctor cum quo omnes conſentiunt in neuverbeſſertes, und vermehrtes Real Staats- Zeitungs- und Converſations- Lexikon S. 65. habet: „ Finden ſich unter denſelben feuerſpeyende Berge, ſo man Montagnes, Vulcains nennet. Sie ſind ſehr hoch, und kalt, und giebt es daſelbſt ſo durchdringende Winde, daß ſie die lebendigen Körper als bald tödten, und ſo harte machen, daß ſie nicht verweſen. „ Quod nonnullo tempore duraturum obſervarunt alii.

tur morbo; infirmos enim Bellona rejicit imperteritis tantum, & fortibus favens. Immunes quapropter regiones hæ remanere haudquaquam debent, quas non ſecus, ac alias vectigal iſtud devincit. Quantum vero pigeat timidiſsimos hos monticulas ſeſe armis committere, vel & propria magalia deſerere, incredibile eſt; noſtalgia eos laborare diceres Helvetis hac etiam in re ſimiles; toto inde animo modum volutant, quo militis fata aufugiant. Timor, mirandum! ſocordiam excutit, & ingenium acuit. Hinc nonnulli inacceſsis deliteſcunt lucis, & antris; nonnulli in exteras regiones emigrant; alii ſe morbo detentos effingunt, vel eosdem cient, &, quod ſumme perpendendum eſt, ſtrumam eliciunt; petunt ſcilicet frigidiſsimos latices, quos magna copia æſtuante etiam corpore ingerunt. Uſum hunc octiduo ſi fuerint conſectati, apparet ſtruma in viris ipſis, eoque etiam, ut primis diebus non ambigua orta fuerint ſtrumæ rudimenta. Levis interim ſubeſt ſæpe inflammatio, quam ex ſe natura expellit; nolunt enim Medicis ſeſe committere ob curationis timorem. Igitur ex aqua frigidiſsima habetur una ex potiſsimis cauſsis præſertim, quod ex ratione inverſa habeatur cura. Iis namque ſtatim, ac morbo arte ſibi concito bellum vitaverint, ab iis fontibus prorſus declinant aliis ſeſe admoventes;

tes; fluminis quapropter vicini, vel aliam quamlibet non frigidam aquam exhauriunt, & ſpeciatim illam ex Aniſiorum valle, ubi calida balnea reperiuntur; neque profecto deſiderantur curationes. Sæpe autem remanet ex eo, quod ea diu perſtans altas emiſerit radices, non enim curant morbum, qui curatu facile illis videtur, & parvum adducit impedimentum, quid? quod decorem, juxta nonnullos, auget. Aliquando dein bellum diu durat; iique, ne denuo ſupplementa requirantur, timentes, ſtrumam longo geſtiunt tempore. Eſſet igitur ſperandum, agendumque ut ipſi ſtrumoſi, his undis ſæpe uterentur; cum enim plurimi bene habeant, certum eſt aliis etiam quidquam emolumenti evaſurum fore. Non diſsimili interim proprietate donatur fons in Hungaria *Trnawka* dictus, cujus meminit Sperling, talemque audivit reperiri in Sileſia Mittermayerus, tales Beccari prope Serravallem memorat.

An a nive ſoluta? Expediam paucis. Obſervatum eſt quemadmodum diximus in vertice montium permanſiſſe nives toto anno, & aquam ſtrumas efficientem ab hac liquefacta ortum nanciſci eo præſertim tempore, videlicet

Vere

Vere novo gelidus canis cum montibus humor
Liquitur, & zephyro facilis ſe gleba reſolvit.
Virg. Georg.

inde a nive ſoluta oriri ſancitum eſt, cujus aqua quid peculiaris contineat. Eos autem ſic ratiocinantes generalis detinuit error, cum putaverint id effectum cenſendum, quod cum dicta cauſſa prodiret; at, cum hoc, non propter hoc exclamaret Logicus: 1. enim particulæ ſalinæ, nitroſæ, quas Pluchius *Spectacle de la Nature* prodige admiſerat, deſiderantur omnino in nive, vel minima adeo quantitate ſunt animadvertendæ; cum experimenta circa nivis efformationem in vacuo ab illuſtri Quinquinet Pariſiis inſtituta, & ab aliis felicisſime fuerint repetita cum aliis ſalibus, & præcipue cum ſali ammoniaco, vel etiam absque horum immixtione. 2. Deſtillatione ſubjecta nix, vel aqua nivalis, & glacies ipſa nil præbeat obſervandum præter cujuslibet aquæ communia, defectum proin particularum frigorificarum, aliarumque. 3. Id quidem phænomenon vere potius animadvertitur, quia exercitus ea facilius tempeſtate complentur, & quia ob plethoram apparentem ad externas præcipue partes fortior ſit frigoris actio. 4. Quia in planitie plurimi utuntur nivali unda, qui tamen ſtruma non laborant, dummodo frigidisſima non

fu-

fuerit. 5. Quia ſemper ſolvitur nix, quæ in contactu cum humo reperitur, prout fontium perennitas demonſtrat; exinde deberent ſemper excipi ſtruma. 6. Quia Genevenſes non utuntur nivali aut glaciali unda, & plurimi alii, & tamen ſtruma laborant. 7. Quia fere omnes fontes, & flumina a montibus deveniunt, exinde a nive ſoluta; hinc omnes, qui hac utuntur, deberent ſtruma affici, quod non accidit. 8. Quia eadem nivalis unda tepida, vel calefacta ſtrumam potius tollit, quam auget. 9. Quia Grajis, & Romanis in deliciis erat glacialis, & nivalis unda, & glacies ipſa, uti Selennus *De Comp. Med. ſect. loc. L.* 2. *C.* *1.*, quin imo hyberno etiam tempore, irridente rite Seneca *Nat.* 4.; attamen ſtruma hac de cauſſa non laborarunt. Hippocrates quidem *L. de Aere*, *& Aqua* pravum hunc uſum eſſe recte docet, ſed puto revera id totum a frigore derivandum, quod ſcilicet hac aqua intempeſtive ingeſta plures oriri queant morbi. Hinc niprædiſponens earum partium maxima adeſſeſi laxitas non tuto crederem ex hac unica cauſſat enaſci poſſe ſtrumam.

Qui poſtremo adducunt ex aeris privatione, qui conglaciationis tempore nonnihil evolvitur, Accuratiſsimo Mairan *De la Formation de la Glace* obſervante, aquam glacialem,

&

& nivalem ſtrumæ cauſſam eſſe; illis pro reſponſo ſiet paucum eſſe aerem, qui evolvitur; dein abſorberi magna quantitate, ubi a montibus fluxerit aqua; præterea continuo alium evolvi præſertim, cum ex aqua aerem fieri, & viciſsim ex aere aquam certo fuerint experti Lavoiſier, Chaptal, aliique Præclariſsimi viri (*), Adde, quod in poroſiſsima nive ſumma adſit aeris quantitas, quæ eidem ſolutæ ex parte conjungitur. Revera igni commiſſa aqua haud ebulliret ſi aer deficeret: at utraque fervet, & ebullit ſat conſpicuis bullulis. Poſtremo quid ab hac expectandum? Interea ſciendum fere idem eſſe pondus poſt conglaciationem, ac ante ipſam, & poſt ipſius ſolutionem, & ſi quid in glacie minus ponderis ineſt id ex aere interno, quem glacies continet eſt deſumendum: creſcit hinc volumine glacies (credo) ob ipſum evolutum aerem, qui in aqua ipſa veluti latitans extiterat, proin aquæ ſupernatat; quod phænomenon præter alios Phyſicos Celeberrimus Fourcroy *Élem. de Chim. & d'Hiſt. Nat. T. 1. C. d'Eau.* ab ipſo aeris defectu deducit, dum aſſerit „*ce phenomène paroît dépendre*

(*) Ariſtotiles jam docuerat ex aere concreto eam ortum habuiſſe aquam, quæ diluvium univerſale cauſſavit.

pendre de la grande quantité d'air interpoſé, qu' elle (glacies) *continent.* „ Non igitur credam Ariſtoteli ex Gelli verſione *L. 19. C. 5.* Hic enim ſic habet: „ *Cur aquæ ex nive, glacieve liquata ſint vitioſæ? An quia cum aqua quævis gelu concreſcit pars tenuiſſima difflatur, & leviſſima evaporatur? Indicium illud eſt, quod deliquata ſit minor, quam antea fuerat, quam concreſceret; cum itaque, quod ſalubrius eſt, deſuerit, deterius ſit, quod relinquitur, neceſſe eſt.* „ Abſit quocirca de glacie, & nive ſoluta ſuſpicio. Verum id quidem eſt, quod ad novam Zelandiam in mari Pacifico anno 1772. perventum Cook ſocios ſtruma detentos Forſtero præbuerit ea de cauſſa ægrotos, ſcilicet ob ingeſtionem aquæ glaciatæ; at id non eſt repetendum a peculiari glaciei proprietate, verum a frigore aquæ, præcipue, quod tepidæ aquæ fluviatilis medio fuerint a Forſtero ſanati; tantum abeſt profecto, ut aqua maris ſtrumas progignat, quod contraria prorſus lege eas tollat, ſiquidem acido marino ſcatens, quod optimum in ſtruma remedium eſt. Non eſt igitur, ut in morbis, & morborum cauſsis adaugendis Sauvageſiano more acuatur ingenium. Satisne forſam opprimitur undequaque a morbificis cauſsis, obruiturque commiſeranda hominum natura? Denique ut illi, quod ad nivem, & glaciem pertinet, finem imponam, animadvertam nil

pe-

peculiaris præ ſe ferre, quam aqûam ipſam frigidam, proindeque progignendæ ſtrumæ parem eſſe.

Quod Grüner aſſerit de alia ſtrumæ cauſſa, nimirum de exhalationibus a glacie, & nive prodeuntibus id,ne confutationem quidem meretur, cum debuiſſent hyeme omnes ſtruma laborare, qua & glacies, & nix terræ committitur. Præterea omnes populi Septentrionales deberent ſtruma affici, & meridionales numquam. Rejicienda igitur eſt conjectura hæc, quæ Richardio *Voy. d' Italie T. 1. p. 12.* etiam placuit.

Porro iſtis in regionibus non modo frigus animadverſionem meretur; huic etenim, quemadmodum ſupra monuimus, jungitur humiditas; ſimul proin nebulæ ſunt obſervandæ, quæ cum frigore aſſociantur. Quoniam autem nonniſi tarde

Solvitur acris hyems grata vice veris, & favoni;
Hor.

Sic illæ etiam diuturnæ, prout & tenebræ ab iis provenientes. Sed nebulæ æſtati ipſi non parcunt præſertim matutinis, & veſpertinis horis. Quid ab hiſce expectandum paucis, & exactis carminibus Egregius D. Ghiz-

zoni

zoni in *Diſceſſui Tiſſot*, de Ticino loquens demonſtravit.

Nos nebulæ plerumque tegunt, & nare videmur.
Vaſorum bibulum ſiſtema reſorbet aquoſas
Undique particulas, quæ ſe per corpora fundunt,
Compagem ſolidi laxant, fluidumque reſolvunt.
Hinc hydrops dominatur iners, & tuſſis, & aſthma
Intermittentes febres, ſtillansque gravedo,
Infarctus jecoris, laxique lienis, & omnes
Acritici morbi; nam vitæ debile torpet
Principium, ſine quo quid agit celebrata medelæ?

Reſpiratio ob humiditatem aeris impeditur eo etiam, quod aqueis particulis referta athmosphæra non abſorbeat ſummam quantitatem transpirationis pulmonalis, quin immo illis tribuat udi non parum; exin circulatio ipſa labem patitur: fortaſſe etiam ex impedita ſanguinis oxygenatione habetur ipſius craſsities (*). Quod verum certius, eſt pul-

(*) Si ¾ partes oxyginii inſpirati, juxta ultima Prieſtley experimenta, per pulmonis membranas transeunt, certe deducendum eſt, plurimum circa humorum ipſorum proprietates oxyginium principium conficere debere; at ubi tam humida præſto eſt athmosphæra, neque aer in contactu cum pulmonum membranis adponi quibit, inde neque ſufficiens oxyginii pars per pulmonis membranas permeabit.

pulmones male habere; his profecto in regionibus pejus habent aſthmatici, & orthopnoici (quales ſunt ſtrumoſi) hyeme, quam æſtate. Laxitas glandulæ thyroideæ immediato fere aeris contactui appoſitæ augetur, & circulatione non rite peracta ſuperſtruuntur fortaſſe ex hac unica cauſſa morbi principia; Laxitas præterea corporis generaliter promovetur; hinc prædiſponens ſaltem habetur cauſſa.

Mihi æthiologiam morbi hujus disquirenti aliam ſuppetit cauſſam viarum immunditi es, & ſummum inquinamentum: eo namque confectæ ſunt viæ, & vici, ut concavitate facta ſtagnare cogatur aqua, & lutum, & cænum ibi maxima quantitate colligatur toto etiam anno ſic remanſurum; profecto ob pauperiem lapidibus non ſternuntur viæ. Hisce idcirco providendum prorſus eſſet; auferretur enim hac cura prægrandis morborum cohors commiſerandos hosce pagos omnimode devaſtans. Porro cruribus, pedibus hyeme continuo madidis ob frigus ipſum ſuperiores corporis partes adire cogitur ſanguis; & eodem tempore ſumma tranſpirationis vitia oriuntur a vaporibus ſurſum elatis, & corpori undequaque applicitis, quibus per cutis poros abſorptis, vel ad pulmones delatis perennis morborum fomes excitari, &

ſer-

ſervari quibit. An ne cenſeas paludibus circumdari conterraneos agros: etenim nullimode hæ ſunt reperiendæ, niſi in profundioribus nonnumquam vallibus. Eudiometricas proin obſervationes inutiles omnino cenſerem, cum aer hic hydrometrum tantum afficere queat. Rejiciendæ quapropter particulæ metallicæ, tartareæ, ſulphureæ, ſalinoputridæ a Mittermayero admiſſæ, cum ſatis laudabilem aerem expiraverim ego ipſe.

Venti huc raro perflant, montes enim circumundique pagos hos cingentes ſalutares haſce purgationes impediunt; hinc ſi ethæſias detrahas numquam mutatur athmosphæra toto fere anno balneum vaporis præbens ob nebulas hisce pagis infeſtas. Tyrolenſis comitatus, & Carynthia magis montuoſa eſt, & vallibus perfoſſa profundis, hinc minus ventis repurgatur, ac Styria, quæ Cori flamine ſalutatur.

Ergo ab humiditate ſtruma, & cretinismus plurimum promovetur. Certe Eiſenerzt & Vorderenberg Oppida in Styria plurimum ſordeſcunt ſtrumoſis juxta laudati Clariſsimi Savareſi opinionem ex eo, quod cavis, & eurypis ea loca valde irrigentur; fucinarum ſiquidem fuſoriarum folles, & mallei vi aquæ elevantur, aliaque inſtrumenta ad actio-

tionem promoventur. Hæc autem humiditas non ſemper eſt cretinorum, & præcipue ſtrumoſorum cauſſa, cum viderim in Italia loca humidiſsima absque ſtrumis; ſic penes paludes Pontinas, apud Hollandos, alibique humiditas obtinet ſumma absque ſtrumis, & contra his in Provinciis vidi ſtrumas in locis etiam non humidis. Cæterum hæc eſt fortaſsis prima cauſsa, ſaltem quæ opportunitatem ſtruit, vel prædiſponit ad laxitatem, ita tamen, ut neque unica, neque certiſsima fuerit.

An poſitio loci ad ſtrumam progignendam quid conficit? Clarmus Sauſſure obſervavit poſt Illuſtrem Coxe Anglum, & plures alios, qui hoc prius animadverterant, in vallibus medio altiorum montium poſitis cretinos, nec non ſtrumoſos reperiri; & hac de cauſſa, ſive ex hac poſitione morbum haberi deduxit. Juvit ideo nonnulla perpendere.

In Styria, Carynthia, & Tyroli obſervavi ego, aliique retulerunt de locis aliis, ubicationem pagorum ſæpe diverſam, ut fuerint fere omnes non in valle, ſed ad dimidictatem montium locati. Verum tamen eſt, adeſſe plures, qui in vallibus, locantur uti Ackermannus etiam refert; licet velit omnes fere pagos in vallibus locari, quod abſurdum

Sauſſu-

Sauſſurius dixit non adoriri morbum eos, qui 500. 600. perticis ultra maris libellam altiora coluerint. Hoc in Valleſia verum fuiſſe non nego, ſed obſervavi hic nonnullos pagos ultra dimidium altiſsimorum montium ſitos, quorum incolæ infelicem non aufugere ſortem. Præterea ſciendum eſt, nonnullas in his regionibus valles reperiri, (regio enim eſt plurimum alta), quæ jam 300. 400. & amplius perticis libellam maris ſuperant. Profecto apex altiſsimi montis Sömmering Auſtriam a Styria dividentis vix ſuperat libellam vallium Styriæ ipſius, & ſi de Tyroli, & Carynthia loquamur, facile eſt percipere, præter experimenta hanc altitudinem jam conſtituentia, cum qui ab Italia devenerit continuo in aſcenſum devehatur. Igitur pagi, qui 200, aut 300 perticis altiores valle ipſa fuerint, jam ſuperaſſent ſtatutam a Sauſſurio altitudinem. Etiam Helveti, quorum regio omnium fortaſſe altiſsima, vel ſaltem inter altiores, ut S. Gothardi mons ad 2700. perticas elevetur, ſubjiciuntur morbo ad dimidium, & ultra montium ipſorum; hinc etiam ultra datam altitudinem la Borde referente. Verum quidem, quod Æthna, Taurus, Catenæ Andium, Sveciæ, Norvegiæ, Sibiriæque montes glacie, & nive contegantur, quamprimum unam, eandemque altitudinem illi attigerint; ſed plurimis abinde

de cauſsis hæc mutationem concipiunt, quemadmodum Keralio in notis ad Grüner expoſuit. Profecto Scheuchzer in Helvetis montibus æternam reperit nivem, etſi 600. 500. 200. tantum perticarum altitudine elevarentur montes: dum in Peruviano regno urbes Lunka, Quito, Riobamba perpetuo fruantur vere; quamquam prima urbs 1400. ſecunda 1707. & tertia 1728. perticis a maris libella exſurgant. Præterea plurimi ſunt pagi, qui in planitie locantur, qui tamen morbo inficiuntur: ſiquidem ad radicem Sabaudorum montium reperit ſtrumoſos Richard *Voyage d' Italie*; prope Villacum vidi ego in Carynthia, quo ſpectabilis non deeſt planities, & nonnulli pagi in Novarienſi Comitatu a montibus remoti ſtrumoſis ſordeſcunt; ut proin erraverit Sauſſurius dum aſſerit „ *ils diminuent continuellément dans les plaines de la Lombardie, où l' on en voit abſolument plus.* „ Sic in regionis Helveticæ planitie prope Vicum Cappelen non longe ab Arberga major eſt ſtrumoſorum numerus Hallero referente.

Itidem quod idem Clarmus vir de facilīori ad ſtrumas cauſſa, poſitione videlicet meridionali habet; id potius deducendum eſſe arbitror a majori populi quantitate ibi animadvertenda; ubi enim ſævit frigus, ibi calori recipiendo quisquis ſtudet: accedit ter-

ræ munera phœbo ſalutata prodige haberi, interim dum ſterilitatem crudus generat ſeptemtrio; vidi tamen & pagos aquilonaribus conſperſos pruinis immunes a morbo non evaſiſſe.

An calor præterea major, prout Sauſſurius monuit, ex reflexione radiorum ſolarium a montium parietibus facta? Nequaquam; nam etſi læviſsima eſſet montium ſuperficies, & ad radiorum reflexionem aptiſsima, neque calorem augeret; nam reflexi radii in oppoſitos montes impingerent, numquam in hosce pagos, qui loca eadem occupant; exin omnino divergunt, maxime quoad valles ipſas, prout montium ſtructura coniformis demonſtrat; in fundo autem vallicularum, quas obſervaverat Sauſſurius, etiamſi ii pervenirent, numquam ſatis eſſent ei excitando calori, quem directi ſolis radii, quos vix recipiunt, adferre poſſent. Calor quapropter eſt potius ad ſenſnm, cum venti athmosphœram non agitent, quorum unico flamine frigoris etiam ſenſatio habetur. Rurſum tam brevis eſt æſtas, ut calor parvus ſit; notum eſt enim plurimum ab hac cauſſa haberi quoad calorem; ſiquidem poſt 21. Junii, cum ſol a linea perpendiculari ſenſim decedere incipiat, imminui deberet calor, qui tamen augetur in dies longe ab imminutione ob calorem

ter-

terræ jam commiſſum in diebus longioribus. (*) Quod exin tam brevis ſit æſtas, neque calor tam magnus eſt, ut proin ſtrumam a calore numquam derivarem, præſertim cum obſervaverit Ipſe debilibus verni ſolis radiis coadjuvaſſe ope terræ nivi ſuperadſperſæ ejusdem ſolutioni; & octava Junii longe valde a maturatione fuiſſe meſſes. Verum utique eſt his in regionibus ob nullam aeris commotionem, ob poſitionem meridionalem, & ob ſummi anteacti frigoris ideam caloris vires perſentiri; ſed ſummum hunc non eſſe demonſtrant relationes ab habitantibus receptæ, Thermometricæ ipſorum obſervationes, & imperfecta meſsium maturatio.

Quod autem de Sumatra aſſerit, quæ inſula ſub æquatore eſt, quæque cretinis, & ſtrumoſis non minus ſcatet; argumentum id eſt, quod calori non modo non favet, quin imo contradicit. Inſula hæc montuoſiſsima eſt, & aquis frigidiſsimis humectata; fontes ſiquidem innumeri adſunt fere gelidi a montibus provenientes; qui hic ſunt ſtrumoſi, vel & cretini, obſervantur ſupra montes ipſos, non autem in planitie. Miror proin Phyſicum talem, quemadmodum eſt Sauſſurius, plurimi

 fe-

(*) An materia lucis vel & caloris adhuc remanet etſi nox ſuperingruat? Vallerio ſi credas, hoc certum.

feciſſe hanc objectionem, cum unicuique notum ſit etiam in Sumatræ montibus frigus quammaximum animadverti; atque ita, ut horis antemeridianis montium incolæ igni ſeſe adponere debeant usque dum ſol urenti eos perculſerit lumine; imminuitur reapſe calor in ratione directa elevationis montium. Hoc Tournefortius ſupra montem Ararat in Armenia calidiſsima regione obſervavit; ſiquidem ad radices ipſius montis vidit plantas Armeniæ vulgares; aliquantum progreſſus illas invenit, quas prius viderat in Italia, poſtmodum vidit Pariſinas; altius Svecicas, poſtremo Alpibus Helveticis, & Lapponicis domeſticas; neque enim culmen pertingere potuit, quod altiſsima, eaque æterna nive erat coopertum. Præterea a Novembri usque ad Martium fere ſemper pluvia Sumatram invadit; hinc humiditas ſumma præſto eſt, ob oryzam etiam per menſes in aqua ipſa creſcentem, a qua vi ſolis plurimi vapores elevantur; hinc laxitas partium, & prædispoſitio ad morbum. Sed & venti aliquando certo læthales aliquid in hoc morbo etiam conficiendo poſſunt: magna præterea quantitas cupri, ſalis petræ, & ſulphuris videtur poſſe morbum hunc excitare absque eo, quod accuſetur calor. Ceſſet quocirca phænomeni explicationem quærere ab illis, qui a nivali unda ſtrumam deducunt, vel a

fri-

ſrigore; hi namque majori ratione ab ipſo quærere poſſent, cur ſtrumoſi magna in quantitate reperiantur in Anglia, in Sibiria, aliisque regionibus, quibus frigus diutiſsime perdurans perpetuam ſervat hyemem? Et contra cur inſulis Cælebum, Borneo, Americæ meridionali, & Africæ rarus ſit morbus?

Sed & corruptus, qui a Sauſſurio admittitur aer, longe ab Eudiometricis obſervationibus pro lubitu ſupponitur; licet enim odor exhalaverit pravus, non tamen ad aeris corruptionem deducendum eſt præcipue, quod vegetabilia etſi putrefacta parum corpori officere queant, niſi ob humiditatem; vel ſaltem longe alios morbos producant, quemadmodum febres intermittentes. In Noſocomio Ticinenſi, dum febres graſſarentur putridæ Celeberrimo Equiti Alexandro Volta fere nil mutationis ſeſe præbuit in optimo Eudiometro ab ipſo invento, quid? quod & Sauſſurius ipſe aſſerat Villanovam intenſius laborare ſtruma, & cretinismo absque eo, quod ulla ibi animadvertatur palus, vel ſtagnum. Ubinam igitur corruptus aer? Si hic adeſſet intermittentes febres omnimode graſſarentur, at eæ ſæpe deſiderantur tum hic, cum apud Valleſianos. Sed anne ſenſus de putredine aeris, ut cum Sauſſurio loquar, certitudinem afferre queunt? Nequaquam: ſæpe enim odo-

odoratus fallitur; quin imo a rebus innocentiſsimis exhalat odor pravus naſum tantummodo, non corpus afficiens; & contra a recondita cauſſa, nullimode ab olfactu perceptibili, ſæpe ſæpius malum habetur. Revera quoties & ego, & alii in ægrotorum putrida febri laborantium athmosphœra non ſum verſatus absque eo, quod licet exhalaverit odor praviſsimus, attamen me numquam invaſiſſet morbus, dum contra ex ſolo attactu viderim amicum eodem funere præreptum, etſi incauta ejusdem manus nulla dediſſet maleolentiæ ſigna. Inſitus eſt contagii, cum Cullenio, ignis ipſis in locis, quos nemo ſuſpicari potuiſſet; interim, dum athmosphœra non eſt certum contagiorum vehiculum. Quænam profecto præbuerat peſtis ſigna fatale illud ſtragulum ab America in Europa delatum, quod tam ingentem rapuit mortalium numerum?

Ea omnia, quæ in Sauſſurii opinionem attuli, quamquam aliis poſſem dicta ſuffulcire, ne tamen inconſulto recipiantur velim; poſitio enim localis, ſin Tyrolenſibus, Carynthiis, & Styriis, potuit tamen illis, quos Sauſſurius obſervaverat, damno eſſe. Ea cæterum poſitio pejor eſt, in qua humiditas frigori aſſociatur. Hac ratione in planitie Sibiriæ Gmelinus majori quantitate ſtrumoſos

ſos obſervari retulit, ad medietatem montium his vidi locis, ad ſummum montium vidit Laudatus Andreas Savareſi præcipue ſupra altiſsimum montem Mariazell, licet irrequieta ventilatione repurgetur; in Sumatra etiam obſervantur.

Vigeſimo anno inſit inaudita voracitas. Hanc aliquot menſibus perdurare novi, ut maximam nonniſi criſem in corpore præſentem denunciet; revera pubertas tardior ob frigus his in locis, citior ob ſummum calorem uti in Africa: porro hic tardius homines eſſe incipiunt. Hæc autem nimia alimentorum ingurgitatio confirmat de die in diem morbum ipſum; quin imo ſtipulis admovet ignem, infarctibus præter ſtrumam vel adauctis, vel productis; loco ingluviei recondendæ videretur ſtrumam inſervire, quemadmodum de nonnullis lacertis ſtrumoſis ſic dictis habet Albertus Seba. (*)

Strumam a riſu in *Lin. Med.* Schelhammerus, Nicolaus Andry in *Orthopedia;* a conatu, a nixu, in loquela &c.: ſed ſæpe broncocles eſt,

(*) Alberti Seba *Locupletiſſ. rer. nat. Theſ. cum icon. artificioſiſſ. Tab.* 89. *Fig.* 1. *T.* 97. *F.* 4. *Tab.* 98. *F.* 1.

eſt: qui morbi Joanne Freind, Bertrandio, & Calliſenio teſtantibus, cum quibus conſentio, a ſtruma longe differunt; etſi Calliſen inter ſpurias cyſticam, & fungoſam memoret, quæ inter veras ſtrumas ſunt collocandæ; nam ſæpe ſæpius in ipſa vera ſtruma glanduloſa ab Ipſo ſic dicta animadvertendæ veniunt cyſtides, & fungoſæ partes.

Acor in lotio alpicolarum reperiundus, quem prout cauſſam Theophilus de Bordeu admittit, ut curam contra hunc acorem ipſum inſtituat, eſt omnino rejiciendus. Licet enim adeſſet, effectus morbi eſſet, numquam cauſſa; interim ex pravis cibis, & in corpore quaſi ægrotante, niſi verus acor, ſaltem ad exhaltationem proclivitas in urina, vel fætoris augmentum eſſe potuit, ob moram præcipue, vel & vim ignis, cui ſubjecta fuit urina.

Phosphorei acidi defectus ob humidum abſorptum, quo imminuatur adhæſio particularum oſſearum &c., ut proinde ſpongioſa ſint oſſa, & a muſculis agentibus inflexa, inculpatur a Præclariſsimo Ackermanno. Qua autem ratione hoc aſſerit? Voluiſſem, ut experimentis, illisque repetitis, & certis hoc comprobaret, quod tamen deſideratum eſt. Sed in ſtrumoſis, & cretinis (de ſecunda-

dariis loquor) oſſa naturali fortitudine, & figura ſæpe vidi: præterea cranium verorum cretinorum oſsibus ſemper majoribus conſtat, quin, & ſæpe compactis, quod vidi in Carynthiæ cæmeteriis, & in illis, quæ dono dedit Pathologico Ticinenſis Univerſitatis Muſæo Præclariſsimus Malacarne; ſed & ſtructura diverſa penes foramen lacerum, ſupra orbitam, aliisque in locis, ubi nulli muſculi, aut parum agentes ſunt, videntur Ackermannii opinionem de medio tollere; Sic etiam cur rariſsimæ apud Hollandos ſtrumæ, & cretiniſmus, ubi humiditas ſumma, & contra cur hic rachytis non frequens? Ultimo licet concedatur cretiniſmum verum cum rachytide conſentire, valde differt ſecundarius cretiniſmus, & ſtruma ab illis, Ackermannio ipſo monente, neque phosphorei acidi defectus erit inculpandus.

De ſomniato acri ſpecifico ne verba quidem facio; hæ quæſtiones jam fœtent, cum certum ſit acria hæc non extitiſſe niſi in mente illorum, quorum ingenii acies brevis, & mechanica nil nobilioris polliceri potuiſſet. Qui plura velit, Brunonis, Millmanni, Cullenii, Baglivii ſcripta adeat prout illos, qui hanc Amphitrioniadis ad inſtar ratione, & obſervationibus contuderint hydram. Si igitur tot cauſsis, ſeu noxis Brunone dicente,

prout

prout Æthiologum decet, animum impendas, luculentiſsimam habebis morbi hujus explicationem. Juvit interim animadvertere cauſſas hasce omnes aliquando non agere, niſi prædiſpoſitio adſit; notum eſt enim, Gaubio dicente, ſi prædiſpoſitio deſit, occaſionem non nocere, & prædiſpoſitum ab occaſione caventem, cavere a morbo. Inde recte ſatis eruitur eos hallucinatos fuiſſe, qui unicam admiſerint cauſſam prout morbo huic endemice procreando parem. Hic utique laxitas generalis prædisponens adeſt, ſed hæc non ſufficeret morbo progignendo, niſi ſimul aliqua cauſſarum concurreret, quæ hunc omnino excitaret, efficeret morbum.

Interim plurimæ poſſunt eſſe cauſſæ, quemadmodum vidimus, ut non uni tantum adſcribenda ſit vis ſtrumæ perficiendæ. Igitur Sauſſurium Clarmum error detinuit aſſerentem, ſituationem eſſe unicam cretinorum, & ſtrumoſorum cauſſam, cum obſervaverim non modo in valliculis, ſed in planitie, & ad eorundem dimidium ſtrumoſos ipſos. Sic a veritate declinant, qui ab aquis terreis, limoſis tantummodo morbum deducunt, cum aquæ Thermarum Carolinenſium multo lateritio topho inquinentur, & licet epotæ ſtrumam non conficiant. Sic qui immunditiem viarum, & humiditatem modo inculpant, to-

to

to aberrant cœlo, cum apud nonnullos Hollandorum pagos, aliosque, qui uligine obvolvuntur continua, rarus admodum ſit morbus. Sic eos fefellit opinio, qui eum ſalem tamquam unicam ſtrumæ cauſſam admittunt, cum nullæ obſerventur in Auſtria, & in quibusdam Styriæ, & Salisburgi pagis ſtrumæ, & cretini, quæ tamen loca non diſsimili utuntur ſale. Neque labores unici morbo progignendo ſunt pares, cum ruſtici hinc illinc ſimilibus, & aliquando durioribus premantur officiis absque ſtruma. Neque ſola educatio, cum penes alios populos habeatur plus inconcinna, & rudis. Neque montuoſa regio, cum in Africa, aliisque regionibus montes altiſsimi reperiantur, absque morbo hoc animadvertendi; & contra penes Helvetos Zimmermanno Cl. referente *Dell' Eſperienza P. 2. L. 4. C. 7.* major ſtrumoſorum quantitas in planitie ſit animadvertenda (*). Neque paſtacea

(*) Huc omnino conferendum quod Clarmus Gmelinus de Sibiria penes Kirenskoienſes habet *T.* 1. *C.* 46 qui refert ſummam ſtrumoſorum quantitatem ibi reperiri, quamquam deſint, & urens calor, & ardui montes, & imæ valles. „*Les environs de Kirenskoi*, ſic aſſerit, *ſont trés-fertiles, quoique la hauteur du pole y ſoit de cinquante-ſept degrés, quarante-ſept minutes. Les plantes y ont une force, & une grandeur extraordinaire. Les étur-*

tacea primis ingeſta menſibus, cum in Auſtria idem absque ſtruma vigeat uſus. Neque caſtanearum devoratio, & fructuum immaturorum, cum penes monticulas generalis hic vigeat uſus ſine ſtrumæ apparitione. Haud aliter non omnis præbenda eſt illis fides, qui ineluctabili tamquam argumento firmati glacialem, & nivalem undam, ceu unicas ſtrumæ parentes, volunt; in inſula namque Sumatra, in agro felici Neapolitani regni, aliisque regionibus calidiſsimis aqua glacialis, & nivalis nulla ingeritur cretinismo, & ſtruma non minus regnante; ſic & Genevenſes multis laborant ſtrumis deficiente tamen nivali, vel glaciali aqua Götting. Gel. Anzeige 1777. S. 332. im Anhang. Neque frigida aqua; nam in Syria, Arabia, Perſia, India, Troglod-

---

geon;, que l'on y prend ſont les plus renommées de la Sibérie pour la delicateſſe, & la fineſſe de goût. Dans ce canton les hommes, & même les animaux ſont ſujets aux goîtres, & ces tumeurs y deviennent trés; conſiderables, cependant on y voit point de montagnes, les troupeaux ſont toujours en plaine, les femmes n'y ſont occupées, que des ſoins de leur ménage, ainſi l'action de monter ne peut pas être ici la cauſe de cette incommodité. ,, Videtur ab aqua illo ſale imprægnata oriri poſſe ſtrumam, cum armenta ipſa, aliaque animalia huic morbo ſubſiciantur.

lodytica ex Luſitanorum relatione tam frigidæ ſunt aquæ, ut ſtuporem dentibus progignant; attamen nulla ſtruma. Neque unda vitriolico acido referta, cum in Sibiria plurimi ſint fontes ſalem illum vehentes, vel ſulphurei, vel ſelenite, & marga inſigniter pollentes absque eo, quod in aliquibus locis ſtruma laborent etiamſi hac fruantur aqua. Neque ſchiſtus, ardeſia, gypſum, calx tantum cum aqua ingeſta morbum generaliter progignit, cum qui Albulas bibunt, aliasque gypſum continentes gutturoſi non ſint, uti Bartholinus *De Aquis C. 15.*; & ipſi Hollandi, ex cujus tectis effluit aqua ſchiſto, & ardeſia, quibus conflantur, impraegnata, aliis potius teneantur morbis, quam ſtruma. Neque unicum frigus morbum hunc excitare credam; cum in Lapponia, Groenlandia rariſsimæ ſint ſtrumæ, & penes Neapolitanos, Hiſpanos, alibique ſummus calor etiam absque ſtruma obſervetur. Neque endemica vis, cum qui ab iisdem cauſsis averterit, nullimode tentetur ſtruma. Eadem ratione vinum, cereviſia, fagopyrum unice inculpata nullimode morbum generalem producere poſſunt, niſi aliis ſimul jungantur majoribus cauſsis; cum Sveviæ, Styriæ locis quibusdam, Auſtriæ pagis, præter alias plurimas regiones eadem in uſu veniant intactis tamen aliquando iis, qui his fruuntur, abutuntur potibus. Neque

etiam

etiam coitus poſt Bacchi inſanias brutaliter aſſumptus, repetitus; cum uſum hunc penes Italiæ, Germaniæ, & Hungariæ populos vigere audiverim ſtruma cæterum nulla. Neque partus nixus, cum his in regionibus tum mares cum fœminæ laborent, & nonnullæ difficultate partus coerceantur intacta cæterum thyroidæa glandula. Neque tandem pinguedinoſa (*), paſtacea, oleracea, farinacea alimenta, aliaque omnia recenſita ſeorſim ab aliis cauſsis ſunt inculpanda; cum obſerventur his in pagis permulti cibis iſtis abutentes, quos tamen ne minima quidem morbi rudimenta deformare tentant.

Quænam igitur eſt cauſſa? quæret aliquis. Plurimæ, reſpondeam, ſimul junctæ morbo tantum procreando ſunt pares; interim dum unica aliquando morbum progignere poteſt. Oportet tamen, ut ſæpe memini, opportunitatem reperiri, cujus defectus cauſſam deviat, infringit. Nonnumquam binæ, tres morbum nequidem excitabunt, niſi vel

(*) Hæc nimia pinguium ingeſtio Vindobonæ etiam, præſertim penes pauperes, in uſu venit, adnotante Attentiſsimo Aloyſio Careno *Obſ. de Epid. Conſt. anni* 1789. *in Noſoc. Civ. Vienn.*; & ego vidi; attamen ſtruma hic raro venit obſervanda.

vel tertia duabus, vel quarta tribus ſupervenerit. Tales profecto requiruntur aliquando circumſtantiæ, ut oriatur morbus, quas nemo animadvertiſſet; eſt enim ſæpe labes impertita naturæ a morbificis cauſsis ſub tali tantum conditione, quam immutare, impedire, imminuere, vel augere omnino quit ætas, temperamentum, educatio, cibi, loci diverſitas, ſexus, morbi prægreſsi, præſentes, innumeræque aliæ ſimul agentes cauſſæ; ut proin nihili faciendi ſint Æthiologi illi, qui Medicinam Mathematico more docent, & cauſſas morborum ad immutabilem elencum reducunt; quod enim v. g. uni noxium, id alii non raro erit profuturum; quodque mihi morbum inducet, alteri tollet; quodve in uno eſt ſtrumæ cauſſa, in alio alium morbum, vel nullum excitabit.

Creſcente immaniter ſtruma comprimitur larynx præcipue, quod ſumme huic (in morbo provecto) adhæreat ſtruma (*). Hinc difficultas ſpirandi, ut Kerckringius ab hac ſuffo-

(*) Amatus Luſitanus in *Curat &c. Cent.* 4. refert hominem audacem ſtrumas de pueri collo exſcidiſſe, ut nudaretur aſpera arteria, ejusque motus conſpicerentur. Adhæret igitur arcte aliquando tracheæ ipſi ſtruma; quod a me ipſo viſum eſt.

focationem viderit, & Nicolaus Fontanus; ipſa larynx compreſsioni aſſueta, & trachea ipſa coarctatur, ut etſi feliciter ſecta ſtruma aliquando remaneat tracheæ ſtrictura. Vidit Mauchart in virgine deceſſa a coagmentata prolifera ſtruma tracheam adeo coarctatam, ut nec tenuiſsimum graminis foliolum admittere potuerit; hac ratione ſæpe palpitationes, anxietates, dispnœa, orthopnœa. A magnitudine ſtrumæ ſternohyoideos muſculos deletos memorat Gunter. Sed & jugulares venas, uti monuimus, ſtruma comprimit; hinc rubor faciei, venarum colli, capitis intumeſcentia, ſopor, obæſitas mentis; quin imo poſt ferreum ſoporem apoplexiam Erudito viro incubuiſſe memorat Haller; quæ tamen omnia ſimptomata ab impedita etiam reſpiratione oriri queunt.

Ex pondere ſtrumæ, & compreſsione laryngis, in monſtruoſis præſertim, obſervanda eſt vocis mutatio. Hanc frequentiſsime animadverti; profecto taciturni ſtertunt, loquentes coaxant, nonnulli vix id poſſunt; fere ſemper gravior eſt, & quidem a pondere ſtrumæ proveniens; ſiquidem ob pondus relaxatur muſculus, vel fibrarum muſcularium faſciculus, qui ab oſſe hyoide ortus ſuper iſthmum glandulæ deſcendens eum in tendineos radios diviſus late tegit (Euſtach. *T. 41.*

F.

F. 3. & *5.*, & Baſſus). Ceſſat igitur a propria actione glandulam ſuſtinendi: deprimimitur inſimul cartilago thyroidea præſertim ad latera; hinc glottis dilatatur larynge diducto. Adſcenſus revera laryngis acutam perficit vocem eo, quia tunc glottis arctatur, Dodart *Mem. de l' Ac. de. Scienc.* 1770. Hinc in avibus rimulam glottidis in acutioribus vocibus arctari vidit Swammerdamm *p.* 120. præterea glottis ampla ardeæ ſtellari, bovi, phocæ, teſtudini ſtertentibus. Sed dum dilatatur glottis, imminuitur ligamentorum glottidis tenſio, ſimulque ligamenta minores edunt oſcillationes; quo magis enim lateraliter distrahitur larynx, eo magis etiam imminuitur diametur ab anteriori ad poſteriora; hinc imminuitur tenſio ligamentorum, quæ hanc lineam legunt. Igitur cum Galeno, Dodarto, aliisque largior glottis graviorem dat ſonum; interim dum ex Ferreinii ſententia imminutæ ligamentorum oſcillationes ei coadjuvant. Aſpera ſimul animadvertenda venit vox ex compreſsione irregulari laryngis; vel & ejusdem, cum & tracheæ diſtractione: ob prohibitum (juxta Morgagnium) fortaſſe, vel mutatum humoris in laryngem influxum, ſive ob adſitorum laryngi muſculorum diſtractionem, preſsionemque. Interdum tamen, ubi arctius cohæreat cum larynge tumor, isque non admodum præponderans fuerit, voces

ces eduntur altiores, interruptæ, ſuſpirioſæ orthopnoicorum, vel aſthmaticorum ad inſtar. A compreſsione etiam octavi paris, capite in veris cretinis male conformato, deducit hanc vocis mutationem Ackermannus; ſed etiam in ſimpliciter ſtrumoſis, neque male conformatis, habetur ipſa difficultas loquendi, & immutata vox; hinc licet hanc rationem omnino admittam, tamen, ne ultra debita confinia feratur, moneo.

Omnibus rite perpenſis ſat eluceſcunt indicationes curativæ. De his largiter Bertrandius, Calliſenius, Foderé, Mittermayerus, plurimique alii egerunt: iis igitur recenſendis tempus non teram. Oportet tamen admonere, plus præſervatoriæ methodo inſidendum eſſe, quam curativæ; nam ſi adferrentur nonnullæ cauſſæ, imminueretur ſaltem certo morbus. Curandum igitur eſſet, ut lacte optimo, educatione mediocri fruerentur infantes, diæta lautiore pueri; ſunt enim in his ætatibus cauſſæ ſtrumæ, vel ſaltem opportunitas morbo tribuitur. Immundities viarum tollatur, ſic & farcimina pinguedinoſa, fructus immaturi, caſtaneæ crudæ, frigidæ aquæ ingurgitatio: habitacula ſint meliora, indumenta apta: ſal præcipue purgetur, vel & alius miſerrimis his Provinciis demandetur; vinum etiam ſub pœna ne mangoniſetur,

cri-

crimen in Germania tota diverſimode uſurpatum! Omnia tandem fugiantur, ſi potis eſt, quæ uti cauſſas probavimus. Si laxitas interim ſtrumam cominus molita jam fuerit, tunc roborantia, diæta optima, cortex Peruvianus ipſe, & regionis mutatio ſint pharmaca; vel & ſpongia marina, Alkali vegetabile, ſoda Hiſpanica, uti Wisner expertus ſæpe eſt, baritis Huffelandii, &c.

Hæc omnia, ſodes! perſiciantur: aliter vos, infelices! manet usque inviſa ſors ulli temporum parſura; vobisque, cui data eſt poteſtas, & officium tot homines ſublevandi, dedecus erit inſecuturum, quod nulla umquam delebit ætas. Mihi interim ſat eſt, ut ni facto, ſaltem deſiderio rem complectar, & modum annunciem, quo immortalitatem generoſo illi pollicear animo, quem compede neſcius urget benefaciendi amor.